




*Ex Libris*

EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

*III A 115*


SIGNAT. 1515CCCXIII.





9





EXEMPLVM  
COPIÆ VERBORVM  
RVM AB ERASMO  
*lib. 1. cap. 33. propositum.*

TVÆ LITERÆ  
*magnopere me delectarunt.*

ACCOMMODATVM AD  
REGVLAS DE COPIA VERBORVM  
& ad omnes propemodum figuras, atq; ita explica-  
tum, ut adolescentes ex regulis & figuris adiectis  
præceptorum usum facili-  
tate sine magno labore imi-  
tari possint.

Siegfridus Saccus.

MAGDEBURGI EXCVDE-  
*bat VVolfgangus Kirchnerus typographus.*



# INGENIOSIS

## ADOLESCENTI-

### BVS LVDOVVICO ET

Francisco Pylis, Huldrico Sturmio, Cas-  
pari Alemanno, Thomæ Mauritio & Fri-  
derico Klee, Clarissimorum & prudentiss-  
simorum virorum filijs, discipulis  
suis carissimis.



### XIMIVM DE

cus est oratio latina, pura  
& elegans. Ac de facili,  
crudita & copiosa discendi,  
scribendiq; facultate præcepta  
utilissima

Erasmus tradidit, quæ etsi prima fronte &  
obiter aspicientibus perquam tenuia vi-  
deri possint, tamen si quis penitius intros-  
pexerit & præcepta ad usum transtulerit,  
animadvertet hæc præcepta non modo  
non tenuia, sed harum præceptionum  
utilitatem amplissimam esse. Duo autem  
cum primis necessaria & observatione  
dignissima sunt.

A 2

Pri

Primum. Proponit Erasmus aliquot capitibus præcepta seu regulas, iuxta quas verborum variatio instituenda est.

Secundo. Postquam explicauit præcepta, subiicit exempla duo quæ ad præcepta accommodari possunt. Atque ea ita tractat ut vnã atque eandem sententiam mutatis verbis plus quam ducenties expresserit.

Expressit autem non quoties potuit, sed quantum ad qualemcunque præceptorum usum demonstrandum requiri videbatur. Nam si voluisset, potuisset vir in dicendo exercitatissimus, secundum præcepta, quæ præmiserat, non tantum ducenties, sed vel bis millies variare.

Tanta enim est latini sermonis non tantum elegantia, sed etiam copia atque abundantia, ut vnã aliquam sententiam, si quis præceptionum ductum sequatur, citra negocium, non decies, non ducenties, sed millies et sæpius etiam variare possit. Imo vnica figura nonnunquam vel centum, vel ducentas vel plures etiam variationes



riationes suppeditat, sicut ex sequentibus demonstrari potest.

Ad eam rem non parum momenti attulerit, si quis praecepta, quae initio ab Erasmo proponuntur, singulari diligentia animaduernerit & memoriae commendaauerit. Deinde si praecepta ad usum accommodauerit & exempla ab Erasmo proposita studiose imitari attentauerit. Optima enim docendi, discendique est ratio, quae per praecepta & exempla procedit. Ad utrumque autem permultum proderit adolescentibus, si in conspectu vnum aliquod exemplum ad omnes regulas & figuras accommodatum habeant. Ita enim facilius & praecepta & praeceptorum usum intelligere atque imitari poterunt. Ob eam causam alterum exemplorum, quae cap. 33. Proponuntur, resolui & distribui ordine iuxta praecepta, quae partim ab ipso Erasmo, partim ab interprete proponuntur. Ac ut facilius esset imitatio tabulis pleraque complexus sum.

Ac res ipsa ostendit, posse illam sententiam

A 3

tiam



tiam quæ hoc libello tractatur iuxta regulas & figuras, quæ passim adijciuntur, plus quam mille & quingentis modis in alias atq; alias formas commutari. Si quis vero adiecerit, quæ ex regulis annotatis adijci possunt, bis millenarium numerum facile æquabit. Sed modum variationum esse oportet. Neq; tantū ad hoc conducet hæc tractatio, vt præsens exemplum adolescentibus intelligant, sed ad hoc etiam, vt exempla similia effingere facilius, dexteris utq; possint. Poterunt enim eundem sequi ordinē. Poterunt eodem modo singula vocabula per singulas figuras examinare. Atq; hac ratione expeditam & copiosam dicendi ac scribendi rationem consequentur, præsertim si mediocris accesserit usus.

Etsi autem initio res difficilis apparet, tamen re ipsa expertus sum, adolescentes mediocri exercitio consecutos, vt vnā aliquam sententiam a sese delectam, sexcentis vel pluribus modis variare possent, cum hanc tractandi rationem sequerentur. Confirmato vero iudicio honorum autorum

rum

rum lectione & exercitijs loquendi ac  
scribendi, crescit ea variandi facultas magis  
magisque, sicut in alijs etiam doctrinarum  
generibus usu venire solet.

Hanc tractatiunculam adolescentes  
optimi, ac discipuli carissimi, vobis dedi-  
candam iudicavi, partim vt vestra studia  
quodammodo excitarem, partim vt ali-  
quam erga vestros parentes viros clarissi-  
mos ac prudentissimos, amicos ac patro-  
nos meos singulares, benevolentiam atq;  
gratitudinem aliquam declararem, qui-  
bus equidem hanc meam voluntatem non  
ingratam, vobis autem hanc tractatiun-  
culam non inutilem futuram spero.

Ac venit mihi in mentem huius diei  
consideratio, quæ duodecima est Martij,  
qua Christus dixisse creditur: Sinite ad me  
venire paruulos. Ac Gregorius, cuius fe-  
stum eadem die celebratur, ob hanc cau-  
sam instituisse putatur, vt eadem die par-  
uuli ad scholas adducerentur. Id enim  
re vera est adduci ad Christum, quando  
adolescentuli & ad pietatem & ad bonas  
A 4 literas,

*De festo  
Gregorii.*

litteras, quæ pietati inserviunt, erudiuntur.  
Quod quidem ideo adijciendum putavi,  
vt vos hortarer simul, ne quando bonarum  
litterarum studia abijceretis, sed cum  
& vos per pietatis & bonarum litterarum  
studia ad Christum adducti sitis, operam  
detis, vt in hoc vitæ genere perseueretis,  
vt vsui aliquando reipublicæ studia vestra  
esse possint, id quod Deo gratum, reipub.  
salutare, ac vobis honorificum erit. Haec  
betis exempla domestica, nec opus est aliis  
unde virtutum exempla petere. Horum  
vestigijs insistite & ad paternarum virtutum  
imitationem totos vos componite &  
non deerunt vobis præmia. Quia pietas  
præmia et præsentis & futuræ vitæ habet.

Valete bene. Magdeburgi 12. Martij  
Anno M. D. L X V I I.

Siegfridus Saccus.

TVAE

*T V Æ L I T E R Æ*  
*MAGNOPERE ME DE*  
*lectarunt,*

**E**Rasmus plerisq; figuris, quæ ad uerborum Copiam conducunt, explicatis, cap. 33. Proponit exemplum Copiæ, ut inde regularum usus animaduerti possit. Ex ijs alterum exemplum resoluemus iuxta figurarum ordinem, ut adolescentes facilius animaduertere possint, quomodo singulæ uoces uariari debeant.

Atq; in his tractationibus obseruanda sunt sequentia.

1. Exemplum tractandum.

*Tuæ literæ magnopere me delectarunt.*

2. Singula uocabula seorsim consideranda & examinanda sunt. Occurrunt autem in hac sententia quinq; uoces.

1. *Tuæ.*

2. *Me.*

3. *Literæ.*

4. *Magnopere.*

5. *Delectarunt.*

3. Inspiciendus est catalogus figurarum & in qualibet figura ordine examinandæ sunt hæ quinq; uoces, & uidendum, utrum ex his uel omnes uel aliquot uoces uariari possint.

Nam non omnes uoces per omnes figuras uariari possunt. Non enim omnes æquè fœcundæ sunt.

4. Prima & simplicissima uariatio fit per Synonyma. Deinde per figuras sequentes.

### Loci uariationum.

1. Synonyma.
2. Enallage.
3. Antonomasiæ.
4. Periphrasis.
5. Metaphora.
6. Allegoria cum speciebus.
  - Aenigma.
  - Paræmia.
  - Ironia.
  - Sarcasmus.
  - Astysmus.
  - Mycterismus.
  - Antiphrasis.
  - Charientismus.
7. Catachresis.
8. Onomatopœia.
9. Metalepsis.
10. Metonymia.
11. Synechdoche.
12. AEquipollentia.

1. AEquipollentia <sup>signorum</sup> figurarum.  
 2. Aequipollentia contrariorum.  
 3. Aequipollentia figurarum.

1. Interrogatio.

2. Subiectio.

3. Exclamatio.

4. Dubitatio.

5. Paradoxon.

Admiratio.

6. Communicatio.

7. Præteritio cum cognatis.

Reiectio.

Præcisio.

Permissio.

Concessio.

8. Auersio.

9. Parrhesia.

13. Variatio. Amplificatio.

Extenuatio.

Auxesis.

Hyperbole.

Miosis.

14. Compositionis figure.

1. Repetitio cum cognatis.

ἑπιζευξις.

Epand.

- Epianalepsis.  
 Anadiplosis.  
 Complexio.  
 2. Copulatio.      πλοκη.  
 3. Traductio.  
 4. Asyndeton.  
 5. Polysyndeton.  
 6. ὁμοιόπτωτον.  
 7. ὁμοιοτέλειον.  
 8. Hypallage.  
 9. Paranomasia.  
     Agnominatio.  
 10. Antanaclassis.  
 11. Eclipsis.  
 12. Aposiopesis.  
     Reticentia.  
 15. Variatio per alias figuras.  
     1. Inuersio.  
     2. ἀδύνατον.  
     3. Congeries.  
     4. Climax.  
     5. Gratulatio.  
     6. Inuocatio.  
     7. Votum.  
     8. Adiuratio.  
     9. Obtestatio.  
     10. Ig<sup>o</sup>



10. Imprecatio.
  11. Ignoscentia.
  12. Mimesis.
  13. Dialogismus.
  14. Hipotyposis.
  15. Prosopopœia.
  16. Ratio. Variatio graduum comparationis.
  17. Formulæ tribuendi.
5. Reg. Per hunc catalogum tanquam per locos uariationum ducendæ sunt singulæ uoces & examinandæ. Quomodo autem id fieri debeat, ex sequenti exemplo perspicuum erit.
6. Quædam figuræ fœcundæ sunt, quædam steriliores. Ac fieri potest ut una uox per unam atq; eandem crebrius uariari possit.
7. In prima uariatione queruntur singularum uocum synonyma.
- Ac si qua synonyma occurrunt, Per ea commutatur proposita sententia in alias atq; alias formas.
- Eodem modo fit in Enallage. Inspiciuntur regulæ, quæ de Enallage traduntur. Per eas singulæ uoces examinantur.
- Et fœcunda est Enallage. Quia plurimas suppeditat uariationes sicut & Periphrasis, Metaphora & similes figuræ, id quod ex sequentibus satis erit manifestum.
8. Nec una tantum sententia hoc modo uariari potest, sed in

sed integræ epistolæ Ciceronis, uel scenæ Terentianæ exercitij loco sumi possunt.

9. Quædam uariationes non possunt commode monstrari, extra tractationem, sicut Erasmus ipse fatetur. Et quia figuræ aliæ alijs inseruiunt, sæpe fit, ut necesse sit in tractatione unius figuræ mentionem fieri plurium figurarum.

Ita in periphrasi mentio fit Enallages, Synecdochæ. Item Synonymiæ &c. In uariatione graduum comparationis plurimarum figurarum mentio fit. Quia aliæ phrasæ ex alijs oriuntur, sicut in tractatione postea ostendetur.

Deinde quædam phrasæ propter figurarum quandam cognationem nonnunquam pluribus figuris conueniunt.

### EXEMPLVM.

Delectarunt. Verbum per Enallagen partium mutatur in nomen & additur uerbum conueniens: delectationem attulerunt.

Deinde eadem Phrasis uidelicet delectationem attulerunt, periphrasis uerbi delectarunt haberi potest. Præterea utraq; uox uerbum attulerunt & nomen delectatio uariari possunt per Synonymiam, id quod hoc loco commodius quam in ipsa Synonymia ostenditur. Illic enim simplex Synonymia tractatur. Hic uero simul concurrit Enallage uel Periphrasis.

Attule

Attulerunt delectationem mihi uel cordi meo. Posterior  
or uel Synecdoche uel periphrasis haberi potest.

Synecdoche, quia pars pro toto ponitur.

Periphrasis quia pronomen mihi circumloquimur per  
uocabula: cordi meo.

Quia igitur plures figuræ nonnunquam concurrunt &  
aliæ alijs subseruiunt, non incommodum uideri po-  
test coniungi uariationes cognatas.

Ac cum alioqui nimia subtilitas adolescentum stu-  
dia remoretur & uitanda sit, satius est adolescen-  
tum studijs consulere, quam morosis nonnullis  
censoribus, qui nihil probant, nisi quod ab ipsis or-  
tum est, satisfacere uelle.

Si quis autem commodiorem tractandi rationem iuuen-  
tuti commonstrare poterit, tantum abest, ut id agrè  
laturus sim, ut magnas etiam gratias ei acturus sim  
& meo & publico scholarum nomine.

Cætera ex tractatione animaduerti poterunt, cum pas-  
sim regulæ adiiciantur.

## Prima & simplicissima variatio per Synonymiam.

### Regula.

Synon

**S**ynonymia dicitur, quando uocabula usurpantur,  
æquipollentia. ut liber, codex, adire periculum,  
subire discrimen. Eras. cap. 12.

I I.

Sic hoc loco uidendum est quæ uocabula admittant  
Synonyma.

1. Vox TVAE, non admittit Synonyma.
2. LITERAE. Synonyma sunt, tabellæ, Epistola.
3. ME pronomen, non habet Synonyma.
4. DELECTARUNT. Synonyma sunt. Delecta-  
runt, oblectarunt, recrearunt, exhilararunt, re-  
fecerunt, refocillarunt.
5. MAGNOPERE. habet multa Synonyma.

Tres ergo uoces admittunt Synonyma, duæ non admit-  
tunt.

I I I.

Ex his Synonymis, quæ inuenta sunt, uariatur sententia  
proposita.

1.

Per Synonimiam nominis LITERAE.

Tuæ { literæ  
tabellæ } me delectarunt.

Tua Epistola me delectauit.

2.

Per Synonimiam uerbi delectarunt.

Tuæ

Tuæ literæ me magnopere { delectarunt  
 { oblectarunt  
 { recrearunt  
 { exhilararunt  
 { refecerunt  
 { refocillarunt  
 { cepcrunt.

III.

Per Synonymiam aduerbii magnopere.  
 Tabula.

Magnopere.

Valde

Vehementer

Mire

Mirifice

Admodum

Egregie

Insigniter

Apprimè

Vnicè

Impendiò

Effusè

Abundè

Eximiè

Excellenter

Oppido quam

Nimis quam

me delectarunt.

B

Ex his

Ex his tabulis sumi possunt uariationes circiter 24.

### I. Per Synonymiam nominis.

*Tuæ literæ magnopere me delectarunt.*  
*Tuæ tabellæ magnopere me delectarunt.*  
*Tua Epistola magnopere me delectauit.*

### II. Per Synonymiam uerbi.

*Tuæ literæ magnopere me oblectarunt.*  
*Tuæ literæ magnopere me recrearunt.*  
*Tuæ literæ me magnopere exhilararunt.*  
*Et sic per reliqua Synonyma uerbi.*

### III. Per Synonymiam aduerbii.

*Tuæ literæ ualde me delectarunt.*  
*Tuæ literæ mirifice me delectarunt.*  
*Et sic per reliqua aduerbia.*

### Appendix.

*Synonymia non tantum in hac simplici uariatione locum habet, sed sæpe etiam concurrat cum alijs figuris. Ita multæ sunt phrasæ Periphrasticæ, quæ eandem significationem habent sicut Synonymia simplicia.*

*Exempla*

## EXEMPLVM.

Nihil potest tuis literis iucundius inueniri, est oratio Periphrastica, sed habet hæc in suo genere non pauca Synonyma eandem periphrasin exprimentia.

Vt.

Nihil potest tuis literis iucundius

}	Inueniri
	Reperiri
	Cogitari
	Excogitari
	Offerri &c.

Ita in Metaphoris usu uenit.

Tuæ literæ persuderunt me noua gaudiorum luce, metaphora est. Sed habet hæc non pauca Synonyma, quæ & ipsa Metaphoram efficiunt. Vt persuderunt, imbuerunt, Offuderunt &c. de quibus infra.

Ita infra uariatione 12. recitantur equipollentiæ species, equipollentia signorum, equipollentia contrariorum, equipollentia figurarum.

Quamobrem & in sequentibus Synonymiæ aliquoties fit mentio.

B 2

Secunda

## Secunda variatio.

### Per Enallagen.

1. Enallage dicitur permutatio uocis, qua uox uel in aliam partem orationis, uel in aliud accidens eiusdem partis permutatur.

Duplex est.

Antimeria dicitur quando alia pars orationis ponitur pro alia.

Heterosis quando eadem pars orationis manet & tantum mutatur accidens.

Regulae speciales sumi possunt ex cap. 13.

### Prima vox Tuæ.

#### Regula. I.

Pronomen tuæ variari potest per Enallagen partium.

Potest enim loco pronominis poni nomen proprium.  
Ita Erasmus ponit nomen Fausti.

Tuæ literæ } magnopere me delectarunt.  
Fausti literæ }

#### II.

Proprium potest mutari in diminutium.  
Per Enallagen speciei.

EXEMPLVM.

Fausti



Fausti  
Faustuli } *literæ me delectarunt.*

### III.

Proprium potest mutari in adiecti-  
uum. Fausti, Faustinae.

### EXEMPLVM.

Fausti literæ  
Faustinae literæ } *Magnopere me delectarunt.*

### IIII.

Addi potest proprio & Epitheton.

### EXEMPLVM.

*Amantissimi Fausti mei literæ magnopere me delecta-  
runt.*

### V.

Sicut per vocem literæ variatio facta  
est. Ita per reliqua eius Synonyma fieri  
potest.

B §

Tue

Tuæ  
 Fausti  
 Faustuli  
 amantiſſimi Fausti  
 mei  
 Faustinae

} tabellæ magnopere me delectarunt.

Tua  
 Fausti  
 Faustina

} Epistola magnopere &c.

Secundum Vocabulum Accusatiuus  
 pronominis Me.

I. Regula.

Per Enallagen numerorum sumi potest  
 plurale pro singulari. Nos pro me.

EXEMPLVM.

Tuæ literæ magnopere

{ Me  
 Nos } delectarunt.

II.

Pet

Per Enallagen personarum sumi potest  
 eleganter tertia persona pro prima. Ita  
 Me est pronomen primæ personæ. Pro eo  
 sumi potest nomen aliquod proprium ter-  
 tiæ personæ. Nam præter Enallagen per-  
 sonarum, etiam Enallage partium simul  
 incidit, cum sumatur nomen loco pronos-  
 minis. Ita Erasmi nomen sumi potest.

### EXEMPLVM.

Tuæ literæ magnopere  $\left. \begin{array}{l} \text{Me} \\ \text{Erasmum} \end{array} \right\}$  delectarunt.

### III.

Nomen proprium potest mutari in di-  
 minutium, vt supra factum est in nomi-  
 ne Fausti. Erasmiolus pro Erasmo.

### EXEMPLVM.

Tuæ literæ ma-  $\left. \begin{array}{l} \text{Erasmum} \\ \text{Erasmiolum} \end{array} \right\}$  tuum delectarunt.  
 gnopere.


Addi

I III.

Addi potest proprio Epitheton.


Literæ tuæ magnopere Erasmum tui amantissimum delectarunt.

Tabula.



V.

Mutationes, quæ in prima voce occurrebant, coniungi cum his possunt.



TER TIO.

Enallax



## Enallage aduerbii magnopere,

### I. Reg.

Magnopere potest mutari deflexione.

Magnopere, Maximopere.

### II. Reg.

Potest mutari Compositione. Summopere.

### III. Reg.

Pleraq; aduerbia, quae Synonyma huius sunt per Enallagen partium uel ἀντιμέγιστον mutari possunt in nomina adiectiua & uerbum cum quo iunguntur per eandem mutari potest in nomen substantiuum, de quo postea & in Periphrasi.

## EXEMPLVM.

Egregie delectarunt.

Egregia delectatio.

Vehementer delectarunt.

Vehemens delectatio.

Mirè oblectarunt.

Mira oblectatio.

Mirificè exhilararunt.

Mirifica exhilaratio.

### IIII.

Cum iisdem Coniungi possint adiectiua equipollentia.

B 5

Tabula.

Tabula.

Magna  
Maxima  
Multa  
Plurima  
Summa  
Eximia  
Egregia  
Insignis  
Singularis  
Peculiaris  
Multijuga  
Multiformis  
Numerosa  
Excellent  
Præcellens  
Miranda  
Admiranda  
Admirabilis  
Rara  
Insolita  
Inusitata  
Effusa  
Infinita  
Incredibilis  
Ineffabilis.

delectatio.

Exempta

## EXEMPLA.

*Tuae literæ me* { *Magnopere*  
*Maximopere* } *delectarunt.*  
*Summopere* }

*Tuae literæ maximoperè me delectarunt.*

*Fausti literæ Erasmus summopere exhilararunt.*

*Ex Fausti literis incredibilis delectatio oborta est.*

## QUARTA VOX.

*Literæ.*

*Hæc uox multis modis uariari potest per Enallagen.*

### I. Regula.

*Nomen literæ mutari potest per Heterosin specierum. Vertitur enim primitiuum in diminutiuum.*

*Literæ. Literulæ.*

*Tabellæ. Tabellulæ.*

*Epistola Epistolium.*

## EXEMPLVM.

*Tuæ*

Tuae { Literæ  
tabellulæ } magnopere me delectarunt.

Tuum Epistolium magnopere me delectavit.

Tabellulæ Fausti maximopere me recrearunt.

Epistolium Faustinū summopere Erasmus oblectavit.

### II.

Per Heterosin numerorum sumi potest singulare pro plurali & e contra. Exemplum, litera, literæ. Præsertim apud poetas.

Tabella, Tabellæ.

Epistola, Epistolæ.

### III.

Potest & mutatio fieri à re ad personam & e contra.

### EXEMPLVM.

Tabella, Tabellarius.

Tabella-  
rius { Tuus  
Fausti  
Faustinus  
Faustuli mei } eximie me exhilaravit.

Tabellarius dulcissimi Fausti mei summopere me refo-  
cillavit.

Tabellarius Faustinus Erasmus tuū mirificè recreavit.

Iucundissimus Fausti tabellarius perquam me exhilaravit.

Pro



### IIII.

Pro tabellario sumi possunt Synonyma : nuncius, inter-  
nuncius, legatus, grammatophorus, & propria  
Marcus,

Mercurius, de quibus in Antonomasia.

Tabellarius

Nuncius

Internuncius

Legatus

Grammatophorus

Marcus tuus

Mercurius tuus

} magnopere me delectavit.

### V.

Pro nuncio sumi possunt & nuncia, facta mutatione à  
persona ad rem.

Nuncia tua magnopere me delectarunt.

Nuncijs tuis magnopere sum delectatus.

Item. Scripta tua.

Vehementer me delectarunt scripta tua.

### VI.

Aliquando epitheta adduntur substantiuis nomini-  
bus, quæ postea unà cum substantiuis in alias formas  
transmutantur.

Talia Epitheta sunt :

Suavis=

Suauissimæ  
Iucundissimæ  
Amantissimæ  
Carissimæ  
Acceptissimæ  
Elegantissimæ  
Lepidissimæ  
Doctissimæ  
Humanissimæ  
Sincerissimæ.  
Condidissimæ.

} literæ tuæ magnopere  
me delectarunt.

## EXEMPLVM.

*Suauissimæ tuæ literæ oppido quam me delectarunt.*

*Elegantissimæ Fausti literæ summopere me recrearunt.*

*Humanissimæ tuæ ad me literæ maximopere me exhilararunt.*

*Lepidissimæ literulæ Faustinae eximie Erasmus resocillarunt.*

*Doctissimæ tabellulæ Fausti singulariter me ceperunt.*

*Amantissimum tuum Epistolium maximopere me oblectauit.*

## VII.

Eadem Epitheta addi possunt substantiuis quæ ponuntur in 3. & 4. Regula.

Sua

Suauissimus  
 Iucundissimus  
 Lepidissimus  
 Acceptissimus

} tabellarius tuus maximopere me delectauit.

Sic suauissimus tuus nuncius, magnopere me delectauit.

### VIII.

Eadem addi possunt rebus quæ tribuuntur personis, ut, suauissima tua nuncia magnopere me delectarunt.

*Suauissimis tuis nuncijs magnopere sum delectatus.*

### IX.

Hæc adiectiua substantiuis addita mutari possunt ita, vt concretum mutetur in abstractum, seu adiectiuum in substantiuum.

Vt.

*Elegantissima literæ.*

*Elegantia literarum.*

### EXEMPLVM.

*Elegantissima literæ tuæ magnopere me delectarunt.*

Per

Per Abstractum.

*Elegantia tuarum literarum magnopere me delectavit.*

**IX.**

Idem fieri potest in reliquis adiectiuis.

*Elegantia*

*Suauitas*

*Iucunditas*

*Humanitas*

*Lepos*

*Gravitas*

*Sinceritas*

*Candor*

*Nitor*

*Eruditio*

*Eloquentia*

*Prudentia*

*tuarum literarum magnopere me delectavit.*

**X.**

Ex his Epithetis quædam etiam possunt  
addi substantiuis, quæ literarum loco  
vsurpantur.

**EXEMPLVM.**

*Suauis*

tabellarij  
Suauitas tui magnopere me delectauit.  
nuncij

Elegantia  
Suauitas  
Iucunditas tuorum nunciorum magnopere  
Grauitas me recreauit.

## XI.

Substantiuus quæ ex adiectiuus facta sunt adduntur & alia epitheta ad augendam vim substantiuorum.

Vt

1. Elegantissime literæ.
2. Elegancia literarum.
3. Summa elegancia literarum.

Talia adiectiua sunt summa, infinita, peculiaris, excellens, eximia, qualia ponuntur supra Reg. 3. in uocabulo Tertio.

## EXEMPLA.

Summa suauitas tuarum literarum magnopere me delectauit.

Infinita tuarum literarum elegancia maximopere me delectauit.

C

Pecu

*Peculiaris tuarum literarum iucunditas grauitas & nitō  
tor maxime me delectauit.*

*Excellent tuarum literarum eruditio effuse me recrea  
uit.*

*Suauiſſimus tuarum literarum lepos & nitor quem non  
delectet?*

*Humanitas tuarum literarum tanta est, ut uehementer  
me delectauit.*

*Eximia tuarum literarum eloquentia egregie me reſo  
cillauit.*

## XII.

*Eadem addi poſſunt iſs ſubſtantiuis,  
quæ loco literarum uſurpantur.*

*Summa tui tabellarij ſuauiſſas eximie me recreauit.*

*Eximia tuorum nunciorum ſuauiſſas perquam me exhi  
lerauit.*

## XIII.

*Poteſt addi epitheton & alteri ſub  
ſtantiuo uidelicet genitiuo plurali.*

*Elegantia literarum. Addito epitheto Elegantia lite  
rarum Fauſtinarum.*

*Elegantia dulciſſimarum literarum.*

*Exem*

## EXEMPLVM.

*Elegantia literarum Faustinarum maximopere Eras-  
mum delectauit.*

*Summa suauissimarum tuarum literarum humanitas ex-  
imie me recreauit.*

*Summa suauissimorum tuorum nunciorum elegancia  
summopere me oblectauit.*

## XIIII.

*Genitiuus substantiui mutari potest  
in adiectiuum.*

*Suauitas literarum. Suauitas literaria.*

*Suauitas Epistolae. Suauitas Epistolaris.*

## EXEMPLA.

*Literaria illa suauitas magnopere me delectauit.*

*Epistolaris illa suauitas uehementer me delectauit.*

*Epistolaris illa Fausti mei grauitas plurimum Erasmus  
oblectauit.*

## XV.

*Substantiua illa, qualia sunt, suauitas,  
elegancia &c. per antimeriam vel Enallax-  
en partium mutari possunt in aduerbia.*

*Suauitas. Suauiter.*

*Elegantia. Eleganter.*

*Iucunditas. Iucundè.*

*Lepos. Lepide.*

*Humanitas. Humaniter.*

*Grauitas. Grauiter.*

*Nitor. Nitide &c.*

## EXEMPLVM.

*Suauitas tuarum literarum magnopere me delectauit.*

*Literæ tuæ*

*Nuncia tuæ*

} *suauiter me recrearunt.*

*Tabellarius tuus suauiter me recreauit.*

*Literæ tuæ suauiter ad me scriptæ, magnopere me delectarunt.*

*Sic & reliqua Aduerbia.*

*Eleganter*

*Iucundè*

*Literæ tuæ*

*Lepidè*

*Humaniter*

*Grauiter*

*Nitidè*

*Eruditè.*

*ad me scriptæ, summo  
mopere me recrea-  
runt.*

*Hec*



## XVI.

Hæc aduerbia augentur addita parti-  
cula perquam.

Literæ tuæ perquam eleganter ad me scriptæ, magnopere me delectarunt.

Literæ tuæ perquam humaniter ad me scriptæ, uehementer me recrearunt, & sic deinceps.

## XVII.

Aduerbia illa positiui gradus per Heterosin mutari possunt in superlatiuos.

Eleganter. Elegantissime.

Literæ tuæ elegantissime ad me scriptæ magnopere me delectarunt.

Tabellæ tuæ grauissime ad me scriptæ.

Epistola tua crudissime ad me scripta, magnopere me recreauit.

Epistola Faustina quam humanissime ad Erasmum scripta mirifice cum delectauit.

## XVIII.

Vsurpantur & alia participia cognata, de quibus infra in Periphrasi.

	Missæ	
Literæ tuæ ad me	Scriptæ	magnopere me delectarunt.
	Ablegate	
	Delatæ	

## XIX.

Hæc participia passiva per Antimeriam vel partitum Enallagen mutantur in verba actiua.

*Literæ ad me scriptæ.*

*Literæ, quas ad me scripsisti.*

## EXEMPLA.

*Literæ tuæ ad me scriptæ magnopere me delectarunt.*

*Literæ tuæ, quas ad me*

}	<i>Scripsisti.</i>
	<i>Per scripsisti.</i>
	<i>Exarasti.</i>
	<i>Misisti.</i>
	<i>Alegasti.</i>

*Literæ, quas ad me scripsisti, magnopere me delectarunt.*

*Tabellule, quas ad me per scripsisti, maximopere me exhilararunt.*

*Epistolium, quod tu nuper exarasti, summopere Erasmus recreauit.*

*Literula, quas ad me misisti, eximie me refocillarunt.*

*Literæ,*

*Literæ, quas ad me tabellarius tuus detulit, uehemententer me delectarunt.*

## **XX.**

Secunda persona per Heterosin mutari potest in tertiam additione instrumenti.

*Literæ quas ad me scripsisti, magnopere me delectarunt.*

*Literæ, quas manus tua scripsit.*

## **EXEMPLVM.**

*Literæ, quas ad me scripsisti, magnopere me delectarunt.*

*Literæ, quas manus tua scripsit, magnopere me delectarunt.*

*Literæ manibus tuis scriptæ.*

*Literæ manibus tuis exaratae.*

*Chartæ calamo tuo exaratae.*

*Epistolium calamo tuo exaratum magnopere me delectauit.*

## **XXI.**

Hæc verba denuo mutari possunt per Antimeriam in nomina verbalia.

C. 4

Scripsit

*Scripfisti, scriptio. Scriptura.*

*Scriptio*

*tuarum literarum magnopere me*

*Scriptura delectavit.*

## **XXII.**

*Aliquando instrumentum scriptionis  
pro literis ponitur.*

*Calamus tuus uehementer me delectavit.*

## **XXIII.**

*Substantiuo seu vocabulo literarum  
aliquando additur verbale lectio. Item  
gerundia & participia verbi lego & co-  
gnata.*

### **EXEMPLA.**

*Lectio tuarum literarum ualde me delectavit.*

*Legens tuas literas*

*Legendis*

*In legendis tuis literis*

*Lectis*

*Inter legendum tuas literas*

*ualde sum delectatus.*

*Legendo tuas literas*

*etatus.*

*Aperiens tuas literas*

*Resignans tuas literas*

**Per**

**XXIII.**

Per verbum video, aspicio, & cognata.

Visio

Aspectus *tuarum literarum ualde me delectauit.*

Videns

Aspiciens *tuas literas*

Accipiens

Visis

Videndis *ualde sum delectatus.*

Aspectis

Aspiciendis

Acceptis *tuis literis*

Apertis

Reclusis

Resignatis

*uidissem*

*aspexissem*

*inspexissem*

Simul atq;

*aperuissem*

*tuas literas magno*

*reclusissem*

*per sum delectatus.*

*resignassem*

**Appendix.**

C 5

Etsi

Etsi quedam phrascs non omnino ad species Enallages  
referri possint, tamen quia uel ex illis oriuntur, uel  
in eas mutari possunt, uel alioqui cognata sunt, hoc  
loco adduntur,

## QVINTVM VOCA BVLVM.

Verbum Delectarunt.

Potest & uerbum mutari per Enallagen.

I.

Per Heterosin figurarum uel per muta  
tionem compositionis.

Delectarunt.

Oblectarunt.

Tuæ literæ magnopere me oblectarunt.

II.

Tertia persona potest mutari in secun  
dam per Heterosin personarum.

Tu me tuis literis magnopere delectasti.

III.

Verbum mutari potest in gerundium  
& participium.

Tuæ literæ mirificæ sunt ad delectandum.

Habent

Habent mirificam vim uel efficaciam delectandi uel  
ad delectandos homines.

IIII.

Potest addi substantiuum animus cor  
pectus uel similia, quæ synecdochen sapi-  
unt.

Literæ tuæ habent mirificam vim ad delectandum.	{	Animus meum
		Cor meum
		Pectus meum
		Erasmum tuum.

V.

Per Enallagen generis, actiua uerba  
possunt mutari in passiuæ.

Delectarunt. Delectatus sum.

Oblectarunt. Oblectatus sum.

EXEMPLA.

Tuæ literæ magnopere me delectarunt.

Tuis literis magnopere sum	{	Delectatus
		Oblectatus
		Recreatus.
		Exhilaratus.

Tabella

Tabellulis Faustinis Erasmus admodum est exhilaratus.

## VI.

Retenta hac phrasi addi possunt adiectiva substantiuis sicut supra ostensum est in variatione quarti vocabuli. Reg. 4.

Literis tuis ualde sum delectatus.

Suauissimis tuis literis ualde sum delectatus.

Suauissimis

lucundissimis

Amantissimis

Carissimis

Ellegantissimis

Lepidissimis

Datissimis

Humanissimis

Syncerissimis

Candidissimis

tuis literis ualde sum delectatus.

Eadem addi possunt substantiuis quæ loco literarum usurpantur.

Suauis



Suauissimis

nuntijs tuis ualde sum delectatus.

Iucundissimis

A tabellario tuo homine lepidissimo magnopere sum delectatus.

## VII.

Adiectiuum cum substantiuo mutatur denuo in formam substantiui cum substantiuo.

Suauissimis tuis literis ualde sum delectatus.

Suauitate literarum tuarum ualde sum delectatus.

## Tabula.

Suauitate

Elegantia

Iucunditate

Humanitate

Lepore

Grauitate

Nitore

Eruditione

Eloquentia

Candore

Sinceritate

tuarum literarum ualde sum delectatus.

Idem

Idem fit in reliquis substantiuis

Suauitate tuorum nunciorum ualde sum delectatus.

Suauitate tui tabellarij ualde sum delectatus.

## VIII.

His substantiuis adduntur eadem adiectiua quæ supra Regula 6. in voce quarta & Regula 3. in vocabulo Tertio.

Suauitate tuarum literarum ualde sum delectatus.

Summa	} tuarum literarum	Suauitate	} ualde sum delectatus.
Infinita		Elegantia	
Peculiari		Humanitate	
Excellenti		Grauitate	
Insigni		Eruditione	
Eximia		Sinceritate	

Et cum reliquis adiectiuis.

Summa tuorum nunciorum suauitate summopere sum recreatus.

Eximia tabellarij tui suauitate perquam sum exhilaratus.

## IX.

Subs

Substantiuo genitiui casus possunt & hic addi adiectiua, quorum supra facta est mentio. Reg. 7.

Literarum tuarum suauitate ualde sum delectatus.

Dulcissimarum tuarum literarum summa suauitate ualde sum delectatus.

Suauissimarum tuarum literarum excellenti humanitate summopere sum exhilaratus.

### X.

Substantiua suauitas, grauitas &c. mutantur in aduerbia, vt supra Reg. 9. vocabulo 4.

Suauitate tuarum literarum ualde sum delectatus.

Literis tuis suauiter sum recreatus.

Literis tuis, quas suauiter ad me scripsisti, ualde sum delectatus.

Literis tuis, quas perquam humaniter ad me scripsisti, maximopere sum recreatus.

### XI.

Mutari & verbum scripsisti potest in passiuum.

Literis tuis, quæ humaniter abs te scriptæ sunt, ualde sum exhilaratus.

Aducrā

## XII.

Aduerbiū positiuū mutatur in superlatiuū.

*Literis tuis quæ humaniter abs te scriptæ sunt, ualde sum delectatus.*

<i>Literis tuis, quæ</i>	<i>humanissimè</i>	<i>abs te scriptæ sunt ualde sum delectatus.</i>
	<i>lepidissimè</i>	
	<i>Grauiissimè</i>	
	<i>Elegantissimè</i>	

## XIII.

Huc & reliquæ formæ, quibus in actiua uoce utimur.

*Scriptione tuarum literarum*

*Missione*

*Lectiōe*

*Calamo tuo*

*à tabellario tuo*

*ualde sum ex  
hileratus.*

## XIIII.

Passiū singulare potest mutari in plurale per Enallagen numerorum.

*Delea*

*Delectatus, delectati.*

*Literis tuis ualde sum delectatus.*

*Literis tuis ualde delectati sumus.*

*Suauitate tuarum literarum ualde recreati sumus.*

## XV.

Prima persona potest mutari in tertiam per Enallagen personarum.

*Literis tuis ualde sum delectatus.*

*Literis tuis ualde delectatus est Erasmus.*

*Suauitate literarum Fausti uehementer exhilaratus est Erasmus.*

## XVI.

Verbo passiuo cognata sunt.

*Gauisus, Letatus.*

*Tuis literis ualde sum gauisus.*

*Suauitate tuarum literarum ualde letati sumus.*

## XVII.

Verbum delectarunt per Antimeriam potest mutari in nomen verbale.

*Delectarunt, Delectatio.*

*Sic recrearunt, recreatio, &c.*

D

Efficiunt

Efficiunt autem simul quandam Periphrasin.  
Tuæ literæ me magnopere delectarunt.

Delectatio

Recreatio      Ex tuis literis mihi orta est.

Oblectatio.

### XVIII.

Verbali addi possunt adiectiva.

Mira

Eximia      Delectatio ex literis tuis mihi obor-

Insignis      ta est.

Egregia.

### XIX.

Mutatur & in alia verbalia.

Delectationem eximiam mihi attulerunt.

Delectationi

Delectamento      mihi fuerunt.

Oblectamento.

Delectatrix mihi fuit Epistola tua.

### XX.

In verbale adiectivum.

Delectarunt me tuæ literæ.

Delea

*Delectabiles mihi fuerunt.*

**XXI.**

Addi possunt Aduerbia, quæ supra  
ponuntur in Synonymia.

*Literæ tuæ fuerunt mihi ualde delectabiles.*

**XXII.**

Adiectiuum hoc potest variari per  
gradus Comparationis, de quibus infra.

**TERTIA VARIATIO,**

Per Antonomasiam,

Tractatur cap. 14.

Antonomasia vsurpat nomen appel-  
latiuum loco proprii, vt

*Arpinas pro Cicerone.*

*Cum autem in hac sententia non sint propria, non ha-  
bet locum Antonomasia, nisi propria Fausti &  
Erasmi sumantur.*

**I.**

Pro Fausti nomine potest sumi appel-  
latiuum.

D 2

Homia

*Homini amicissimi literæ perquam me delectarunt.*

II.

Pro nomine Erasmi sumi potest Roterodamus vel Desiderius.

Literæ tuæ { Roterodamum } mirificè delectarunt.  
                  { Desiderium }

III.

Pro Tabellario sumi potest proprium Marci vel aliud.

*Marcus tuus mirificè me exhilaravit.*

IIII.

Pro eo sumi potest appellatium ab accidentibus corporis.

*Homuncius iste, qui tuas attulit literas.*

V.

A Patria.

*Basiliensis iste Tabellarius magnopere me recreavit.*

QVARE



# QVARTA VARIATIO,

Per Periphrasin.

Periphrasis generaliter est circumlocutio cuiuslibet vocabuli. Specialiter est circumlocutio nominis proprii, quæ fit per aliquam descriptionem, vt :

*Princeps eloquentiæ Romanæ pro Cicerone.*

*Troiani belli scriptor pro Homero.*

*Tractatur Cap. 15.*

## I. Vocab. Tuæ.

Per Periphrasin adduntur nomina substantiua pro ratione personarum ad quas scribitur.

Tuæ {  
Humanitatis  
Dignitatis  
Observantiæ  
Reuerentiæ  
Amplitudinis  
Excellentiæ  
Prudentiæ  
Celsitudinis  
Maiestatis  
Generositatis.

D 3

Excm.

EXEMPLVM

Tuae humanitatis literae magnopere me delectarunt.

Tuae dignitatis Epistola plurimum me recreauit.

Tuae amplitudinis tabellae perquam me recrearunt &c.

II. Vocab. Me.

Loco pronominis poni potest animus meus, pectus meum. Sed haec ad Synechdochen infra referentur.

Literae tuae magnopere delectarunt animum meum.

III. Magnopere.

1. Compositum resolutum potest in simplicia.

Tuae literae	}	Summo	} me delectarunt opere.
		Magno	
		Maximo	

2. Per circumlocutionem.

Supra

Præter

Vltra

modum

Maiorem in

Tuae li- Mirum in

me delectarunt.

terae Infinitis modis

In infinitum

Infinitis partibus

In primis

Cum primis.

IIII. Literae

IIII. Literæ.

I. Literæ per Periphrasin exprimi possunt varijs modis.

Quod ad me scripsisti

Quod ad me scripseris.

Quod literas ad me miseris.

Quod literas ad me dederis

Quod me literis certiozem reddideris.

Quod me literis dignatus sis.

Quod saltem Epistola me salutaueris.

Quod literæ tuæ mihi redditæ sint.

Quod aliquid literarum abs te ad nos profectum est.

supra modum me delectauit.

Quod de tuis rebus certiozem reddidisti.

Quod noua quæ istuc geruntur indicasti.

Quod curasti, nequid nouarum rerum, quæ istuc geruntur, ignorarem.

Quod me de toto rerum communium statu erudisti.

Cum tua Epistola mihi redderetur

Cum tuæ mihi literæ afferrentur

Vbi accepissem tantopere expectatas litras

Quoties tuæ ad nos literæ aduolantur toties in infinitum animo reficior.

ualde sum delectatus.

Quicquid abs te literarum proficiscitur, eo infinitis modis recreor.



**Misse**  
**Literæ abs te** Alegantæ præter modum me reficiunt  
Profectæ

**Epistolium quod abs te missum accepi ultra modum**  
**me exhibuit.**

**2** Tabellarius similiter per Periphrasin  
exprimi potest, vt sequitur.

**Quas Tabellarius tuus**  
**Quas Marcus tuus** attulit, uix dicere  
**Literæ** **Quas nuncius tuus** possum quam me  
**Quas is, quæ ad me ablegasti.** delectarint

**Qui tuas literas exhibuit.**

**Qui tuas tabellas attulit.**

**Qui ea, quæ ad me scripsisti apportauit.**

**Qui tuum Epistolium ad me detulit.**

**is me præter**  
**modum recreauit.**

**Qui tuum mihi scriptum obtulit.**

**Qui tuas adduxit literas.**

**Qui abs te scripta mihi reddidit.**

**Qui tuas tabellulas tradidit.**

**3. Hæc**

3 Hæc locutio Periphrastica actiua, per Enallagen generum mutari potest in passiuam, quæ & ipsa sit Periphrastica.

Literæ, quas is, qui abs te ad me ablegatus est, attulit,

Literæ, quæ ab eo, quem ad me misisti allatæ sunt.

Literæ, quæ ab eo, qui abs te huc missus est, allatæ sunt.

magnopere  
me recreauerunt.

	Exhibita	
	Allata	michi sunt, ea maiorem
	Oblata	rem in modum me
Quæ ab eo, quem misisti.	Delata	delectarunt. Passiue.
	Adducta	ijs maiorem in modum sum delectatus.
	Reddita	
	Tradita.	

## V. Vocabulum. Delectarunt.

1. Verbum Delectarunt potest efferi per Periphrasticam aliquam locutionem qualis est, delectationem attulerunt, delectationi, delectamento fuerunt & per similes.

D 5

Exem

EXEMPLVM.

*Literæ tuæ magnopere me delectarunt.*  
*Literæ tuæ delectationem mihi attulerunt.*

2. Locutio Periphraſtica : Delectationem attulerunt : variari poteſt per Synonymiam nominis. Multa enim alia Synonyma ſunt quibus vocabulum delectationis exprimi poſſit, quæ & ipſa Periphraſin efficiunt.

EXEMPLVM.

	Delectationem
	Recreationem
	Oblectationem
	Delectamentum
	Oblectamentum
	Voluptatem
<i>Tuæ literæ attulerunt mihi</i>	Leticiam
	Iucunditatem
	Suauitatem
	Hilaritatem
	Exhilarationem
	Refectionem
	Gaudium.

3. Edm.

3. Eadem Phrasis variari potest per  
Synonymiam verbi delectarunt.

Synonyma sunt: Attulerunt, Præbuerunt, Apporta-  
runt, Pepererunt, Conciliarunt, Subministrarunt,  
Suppeditarunt, Inuexerunt, &c.

	Attulerunt		
	Apportarunt		
	Adduxerunt		
	Inuexerunt		
	Præbuerunt		Delectationem
Tuæ li-	Conciliarunt	mibi	Voluptatem
teræ	Suppeditarunt		Leticiam
	Subministrarunt		
	Excitarunt		
	Pepererunt		

4. Datius pronominis Mihi efferri  
potest per Periphrasin, quæ tamen Sy-  
nechdochen sapit, quia pars pro toto po-  
nitur & Enallagen quia nomen loco pro  
nominis ponitur, atq; ita tres coincidunt  
figuræ. Ita pro mihi sumi potest animo  
meo, pectori meo.

Tuæ

Mihi  
 Animo meo delectationem  
 Tuæ literæ attulerunt Pectori meo uel uoluptatem.  
 Cordi meo  
 Menti meæ.

§. Accusatiuus nominis augeri potest per additionem Epithetorum, supra simpliciter dicitur: Attulerunt mihi delectationem. Jam addi possunt Epitheta attulerunt mihi magnam, eximiam, singularem delectationem.

Magnam  
 Maximam  
 Eximiam  
 Singularem  
 Insignem  
 Præstantem  
 Literæ tuæ attulerunt mihi Miram delectationem.  
 Mirificam  
 Insolitam  
 Incredibilem  
 Inusitatam  
 Raram  
 Haud uulgarem  
 Vberrimam.

6. Ea



6. Eadem Epitheta addi possunt omnibus reliquis Synonymis, quæ ponuntur in regula secunda.

	Magnam		Delectationem
	Maximam		Recreationem
	Summam		Oblectationem
	Eximium		Delectamentum
	Singulare		Oblectamentum
	Præstantem		Voluptatem
Tuæ li- teræ	Miram	mibi at- tulerunt	Leticiam
	Mirificam		Iucunditatem
	Insolitam		Suauitatem
	Incredibilem		Hilaritatem
	Inusitatam		Exhilarationem
	Raram		Refectionem
	Haud uulgarem		Refocillationem
	Uberrimam.		Gaudium.

Sic,

Multam	
Plurimam	
Insignem	Voluptatem.
Non exiguam	

EXEMPLA.

Tuæ

Tuæ literæ maximam mihi delectationem attulerunt.  
Tuæ literæ recreationem mihi præbuerunt maximam.  
Tuæ literæ exhilarationem animo meo summam ap-  
portarunt.

Tuæ literæ incredibilem oblectationem Erasmo pepe-  
rerunt.

Humanissimæ tuæ literæ raram cordi meo uoluptatem  
inuexerunt.

Tuæ humanitatis literæ singularem pectori meo refec-  
tionem conciliarunt.

Tuæ amplitudinis literæ refocillationem eximiam no-  
bis subministrarunt.

Quæ ad nos scripsisti, ea mirum nobis delectamentum  
attulerunt.

Suauissimus tuarum literarum lepos, incredibilem mihi  
oblectationem peperit.

Raram uoluptatem menti meæ obiecerunt.

Insolitam, inusitatam læticiam adduxerunt.

7. Hæc forma mutari potest in aliam  
Periphrasin additis substantiuis, qualia  
sunt: vis, aceruus, cumulus, causa, mare,  
pelagus, copia, materia, occasio, diuitiæ,  
opes, &c.

EXEMPLVM.

Tuæ

Tue literæ attulerunt mihi maximam delectationem.  
 Tue literæ attulerunt mihi maximam vim delectationis.

TABVLA.

		Vim	
		Causam	
		Copiam	
	Maximam	Materiam	
		Occasionem	
		Suppellectilem.	
Tue literæ attulerunt mihi		Cumulum	uoluptatum.
		Aceruum	
	Maximum	Mare	
		Pelagus	
		Penu.	
		Diuitias	
	Maximas		
		Opes.	

8. Eadem forma exprimi potest per reliqua Synonyma tripliciter.

1. Mutatis Synonymis verbi attulerunt, quæ in 3. Reg.

2. Mutatis Synonymis adiectiui maximam, quæ in 5. Reg.

3. Mutatis substantiuis delectationis, quæ in 2. Reg. ponuntur, Attus



Attulerunt	Maximā uim delectationis
Apportarunt	Uberrimam copiā leticiæ
Adduxerunt	Inusitatū aceruū recreatiōis
Inuexerunt	Immensū cumulū gaudiorū
Tuæ Præbuerunt	Incredibilē leticiæ causam
literæ Conciliarunt	michi Mirificā lætandi occasionē
re Suppeditarunt	Magnam uim gaudiorum
Subministrarunt	Magnum mare gaudiorum
Excitarunt	Singularē hilaritatis causā
Pepererunt	Maximū leticiæ pelagus.

#### EXEMPLA.

Tuæ literæ attulerunt mihi maximam uim delectationis.

Suauissimus tuarum literarum lepos uberrimam mihi uoluptatis copiam apportauit.

Insignis tuarum literarum elegantia maximam mihi gaudiorum uim subministrauit.

Eximia tuarum literarum iucunditas tantum animo meo leticiæ cumulū suppeditauit, quantum uix dicere possum.

Excellent tuarum literarum eruditio, immensum uoluptatis aceruum cordi inuexit meo.

Tabellæ Faustinae mirificam nobis

Letandi

Causam  
Letandi Occasionem præbuerunt  
Materiam

Literæ abs te scriptæ uberrimam gaudiorum copiam  
Erasmo adduxerunt.

Ingens mare

Ingens pelagus

Tabellarius tuus Ingentem exercitum Leticie addi-  
xit.

Ingentes diuitias

Ingentes opes.

Triumphum adduxit qui tuas adduxit literas.

Immensum leticie cumulum Roterodamo dulcissime  
literæ Faustine subministrarunt.

Mercurius tuus exhibitione tuarum literarum immen-  
sum oblectationis pelagus aduexit.

9. Eadem forma exprimi potest per  
Prouerbia, quæ cum superioribus quibus-  
dam ad Metaphoram quoque referri posse  
sunt.

ἄμαξις ἡδονῶν

Voluptatum δάθον

Plaustra uoluptatum

Exercitum uoluptatum

Gaudiorum θάλασσα

Triumphum gaudiorum.

B

ἄμαξις

ἄμαξας ἠδ' οὐῶν  
Voluptatum δάθου  
Plaustra

Tuae literae Exercitum voluptatum adduxerunt.  
Gaudiorum θάλασσαν  
Triumphum gaudiorum.

10. Potest mutari & in Atticismum.  
Tuae literae attulerunt mihi multam voluptatam.

Multum

Plurimum

Tuae literae attulerunt Permultum voluptatis  
Haud parum

11. Pro genituo voluptatis, sumi possunt alij genitui, Risus, Plausus, Tripudiorum, &c.

Risus

Tuum Epistolium multum Plausus attulit.  
Tripudiorum.

12. Haecenus recitatae Periphrases expressae sunt voce actiua. Eaedem Periphrases per Enallagen conuerti possunt in vocem passiuam.

Deinde per plerasque regulas superiores iuxta passiuam constructionem variari possunt.

Exima

EXEMPLVM.

Tue literæ attulerunt mihi maximam delectationem.  
 Maxima delectatio mihi ex literis tuis allata est.

13. In passiva constructione repeti possunt Synonyma delectationis, quæ supra ponuntur in regula secunda.

	<i>Allata est mihi maxima</i>	Delectatio Recreatio Oblectatio Voluptas Leticia Iucunditas Hilaritas. Oblectamentum
<i>Ex literis tuis</i>	<i>Allatum est mihi maximum</i>	Delectamentum Gaudium.

14. Repeti possunt & Synonyma verbi actiui mutata in passiva, quæ ponuntur in regula tertia.

	<i>Allata</i>	
	<i>Adducta</i>	
	<i>Suppeditata</i>	
<i>Ex literis tuis</i>	<i>Exhibita</i>	<i>Est mihi maxima delectatio.</i>
	<i>Subministrata</i>	
	<i>Excitata</i>	
	<i>Parata</i>	E 2 . Res

15. Repeti possunt Periphrases pronominis Mihi, quæ synechdochen sapiunt, quæ ponuntur in Reg. 4.

Mihi  
Animo meo  
Ex literis tuis Pectori meo Maxima delectatio.  
allata est Cordi meo  
Menti mee.

16. Repeti possunt in passiva constructione & Synonyma adiectivi maxima quæ ponuntur in Reg. 5.

Magna  
Maxima  
Summa  
Eximia  
Singularis  
Insignis  
Ex literis tuis allata Prestans delectatio.  
est mihi Mira  
Mirifica  
Insolita  
Inusitata  
Incredibilis  
Rara  
Haud uulgaris  
Vberrima.


17. Repen



17. Repeti potest & Periphrasis delectationis, de qua in regula septima.



18. Repeti possunt, & prouerbia, de quibus in 9. Reg.



19. Repeti potest & Atticismus, de quo in reg. 10.

Multum

Permulum

Plurimum

Haud parum.

Delectationis ex literis tuis  
allatum est mihi.

20. Repeti possunt & illa, de quibus in regula 11.

Risus

Multum Plausus

Tripudiorum.

Ex literis tuis allatum est mihi.

21. Ex his sumi possunt locutiones Periphrasticae, quae passiva voce exprimuntur.

*Ex literis tuis maxima mihi delectatio allata est.*

*Ex tuae humanitatis literis singularis animo meo voluptas subministrata est.*

*Ex tuarum literarum lectione permulum voluptatis mihi suppeditatum est.*

*Immodica gaudiorum vis animo meo ex tuarum literarum aspectu excitata est.*

*Mirificus gaudiorum cumulus leticiae aceruus ingens ex tuis mihi aduectus est literis.*

*A tabellario tuo hilaritas incredibilis Erasmo oblata est.*

εμαξαι

Ἐμαξαι ἠδ' οὐῶρ ab eo adductæ sunt, quæ tuas mihi,  
adduxit literas.

Immensum gaudiorum pelagus tuarum tabellarum  
exhibitione ad me deriuatum est.

Ingens uoluptatum mare lectis tuis literis nobis addu-  
ctum est.

Plaustra uoluptatum aducta sunt, cum tuæ adueho-  
rentur literæ.

22. Hactenus Periphrases expressæ sunt  
in voce actiua & passiuæ. Sunt autem &  
alia uerba neutralia & deponentalia, quæ  
eandem vim habent.

Ex tuis literis magna uoluptas

Accessit

Subijt

Incessit

Prouenit

Orta est mihi.

Oborta est

Suborta

Nata

Profecta.

#### EXEMPLVM.

Ex tuis literis incredibilis uoluptas accessit mihi.

Ex tuarum literarum lectione ingens uoluptas animo  
incessit meo.

*Eximia recreatio animum meum subiit, cum tuas accessissem literas.*

*Ex Epistolio tuo immodica mihi oborta est leticia. Haud uulgare oblectamentum ex tabellulis tuis nobis ortum est.*

23. *Cum his coniungi possunt & hæc; delectarunt, delectationem concepi.*

	<i>Cepi</i>	
	<i>Concepi</i>	
<i>Ex tuis literis maximam</i>	<i>Percepi</i>	<i>uoluptatem.</i>
	<i>Hausi</i>	

*Cum his copulari possunt alia Synonyma voluptatis*

#### EXEMPLA.

*Ex tuis literis summam cepi uoluptatem.*

*Ex tuis scriptis insignem concepi uoluptatem.*

*Ex suauissimis tuis literis magnam leticiam concepi.*

*Hausimus incredibilem delectationem ex suauissimarum tuarum literarum iucundissima lectione.*

*Et per mutationem relatiuam, Cepi uoluptatem.*

*Voluptas cepit me.*

*Eximia uoluptas me cepit cum tuas perlustrassem literas.*

24. *Cognas*

24. Cognata sunt & sequentia.

Tuæ literæ gaudibundum me effecerunt.  
Tuæ tabellæ me letabundum effecerunt.  
Tuæ literæ effecerunt, ut affatim gauderem.  
Tuæ literæ fuerunt in causa, ut admodum letarer.  
Tuis literis effectum est, ut perquam exhilararer.  
Tuis literis planè gaudibundus sum effectus.  
Tuo Epistolio prorsus letabundus sum redditus.

25. Efficiunt Periphrasin & alia verba  
vt afficio & cognata verba in quibus &  
Metaphora occurrit.

Tuæ literæ me magnopere delectarunt.  
Tuæ literæ magna me delectatione affecerunt.  
Tuæ tabellæ mirifica me uoluptate affecerunt.

Tuæ literæ magna me uoluptate }  
Affecerunt  
Persuderunt  
Expleuerunt.  
Delimiuerunt  
Serenarunt.

In his simul concurrunt Periphrases  
& Metaphora.

EXEMPLA.

E 5

Tuæ

Tuæ literæ magna me uoluptate persuderunt.  
 Tuæ tabellæ incredibili me uoluptate expleuerunt.  
 Tuum Epistolium summa me læticia expleuit.  
 Humanitatis tuæ literæ immensa gaudiorum luce animam meum serenarunt.  
 Gaudijs me delinuerunt.  
 Gaudijs me delibutum reddiderunt.

26. Hæ Periphraſes ſimiliter, vt ſuperiores, verti poſſunt in vocem paſſiuam.

Lectis tuis literis mirifica uoluptate sum	Affectus
	Perfusus
	Expletus
	Delinitus.

Lectis tuis literis mirifica sum delectatione affectus.  
 Inter legendum tuas literas uberrima sum uoluptate perfusus.  
 Legens tuas literas haud uulgari læticia sum expletus.  
 Perlectis tuis literis mens mea ſingulari delimita uoluptate.

27. Exprimit Periphraſin & uerbum Sentio, Perſentio.

Eraſmitus.

Tue

*Tue literæ magnopere me delectarunt.*

Per verbum Sentio.

*Legens tuas literas magnam sensi animo delectationem.*

*Mirificam sensi animo uoluptatem.*

28. Per verbum Acquiesco.

*Vix credas, quantopere in tuis scriptis acquiescam.*

29. Per verbum Venio.

*Expectatissimæ mihi tuæ uenerunt literæ.*

Resolui potest verbum delectarunt  
in verbum substantiuum cum datiuo.

*Tue literæ fuerunt mihi delectationi.*

Sic per Synonyma eiusdem.

*Tue literæ fuerunt mihi* { *Delectationi*  
*Oblectationi*  
*Oblectamento*  
*Voluptati*  
*Leticie.*

*Tuæ literæ magnæ fuerunt mihi uoluptati.*

*Esse leticie, apud Salustium.*

Potest resolui & in nomen adiecti-  
uum, quæ forma ad Enallagen referri pos-  
test, & simul etiam ad Periphrasin,

*Tuæ*

*Tuæ literæ fuerunt mihi delectabiles.*

Cognatæ phrasæ sunt, quas efficiunt  
Synonyma,

*Delectabiles*

*Iucundæ*

*Gratæ*

*Suaues*

*Tuæ literæ fuerunt mihi*

*Acceptæ*

*Optatæ*

*Exoptatæ*

*Expectatæ.*

Periphrasin exprimunt & hæ :

*Literas tuas perlegi* *Multa cum uoluptate.*

*Non sine summa uoluptate.*

*Sic :*

*Recepi tuas literas non sine summa uoluptate.*

De Notatione.

Refert Erasmus ad Periphrasin & nota-  
tionem, cum notis quibusdam accidens-  
tium rem quampiam describimus vel cir-  
cumloquimur.

*Literæ*



Literæ tuæ me delectarunt.

Legi tuas literas placido uultu.

Literis tuis effectum est ut exporrigerem frontem.

Cum tuas tam iucundas literas legerem, fieri non potuit, ut faciem contraherem.

Minime contracta fronte tuas legi literas.

Erecto sane & ad læticiam composito uultu tuas accepi literas.

Nequaquam deiecto capite tuas tantæ suauitatis plenas perlegi literas.

Exilij præ gaudio cum tuus mihi tabellarius literas traderet.

Tuis tabellulis effectum est, ut totus gaudio exultarim.

Visis tuis literis protinus animi mei frontem explicavi.

Erasmus.

Fecit tuum Epistolium ut præ læticia exilirem.

Læticia gestiebam, quam primum tuas aspexissem literas.

Vidisses gaudij magnitudine gestientem Erasmus, cum afferretur Epistola.

His addi possunt:

Lubens accepi tuas literas.

Vix quicquam gaudientiore animo accepi.

Nihil lubentius uidi, quam tuas literas.

Non sine summa uoluptate tuas accepi literas.

Quod

*Quod ad me peramanter scripsisti id profecto uoluptati mihi est.*

**Exemplum in quo omnia penè sunt Periphraſtica,**

*Quæ ab humanitate tua ad deſiderium ſcripta ſunt, de ijs hoc tibi perſuaſum uelim, ſupra modum uoluptati ei fuiſſe.*

*Sic exiſtames uelim, quæ ab eo, quem ad nos miſiſti, allata ſunt, ea per quam grata mihi fuiſſe.*

*Leticia, quam excellens tuæ literæ meo cordi conciliarunt ea tanta eſt, quantum uix alias expertus ſum.*

## **QVINTA VARIATIO.**

**Per Metaphoram.**

Metaphora eſt tropus dictionis transferens uocabulum à propria ſignificatione ad impropriam, propter aliquam ſimilitudinem. Eras. cap. 16. & 17.

Omnis Metaphora propinqua eſt breuis ſimilitudo & commutari poteſt in ſimilitudinem,

**II. Reo**

II.

Resolui potest in simplicem locutionem per vocem simile.

*Tyrannus est lupo, est similis lupo.*

III.

Metaphora remota Prosopopœiam sapit & in eam resolui potest.

IIII.

Differt ab Antonomasia, quod illa regulariter versatur circa propria hæc circa appellatiua.

Ab Allegoria, quod hæc regulariter unam aliquam uocem transfert a propria significatione. Illa integram sententiam.

*Nauis pro repub: est Metaph.*

*Perforare nauem, in qua quis ipse nauigat, est Allegoria.*

V.

Species Metaphorarum variæ sunt.  
Enumerat Erasmus 7.

i. Deflectio quando vox è propinquo ad rem proximam deflectitur.

Video

*Video pro intelligo.*

2. Ab irrationali ad rationale. Quando translatio ab animante bruto ad animal ratione præditum.

*Allatrare pro conuiciari.*

3. A rationali ad irrationale. Quando ab animali ratione prædito translatio fit ad animal brutum.

*Perfida uulpes.*

4. Ab animali ad non animal. Quando translatio fit ab animali ad rem inanimatam, ut:

*Ridet ager.*

5. Ab inanimato ad animal. Quando translatio fit à re inanimata ad rem animatam.

*Ambo florentes ætatibus.*

6. Ab animali ad animal. Quando translatio fit à re animali ad aliam rem animatam.

*Vt si coruus dicatur inequitare sui.*

7. Ab inanimato ad inanimatum. Quando translatio fit à re inanimata ad aliam rem inanimatam.

*Si quis*

*Si quis dicat orationem fluere.*

VI.

Tractari possunt Metaphoræ hoc modo.

1. Quando occurrit vox propria videndum est an possit conuerti in Metaphoram.

2. In inquirendis Metaphoris respicitur ad ea, quæ propter aliquam similitudinem accommodari possunt.

3. Percurrendæ sunt species Metaphoræ & videndum primo an à sensibus exterioribus aliquid referri possit ad interiores. Vt videre pro intelligere & econtra.

Deinde an à rationali ad irrationale & sic deinceps.

4. Videndum an vox oblata per plures Metaphoras possit exprimi. Quia yni rei sæpe plures Metaphoræ conueniunt.

5. Videndum an Metaphora inuenta poni possit in abstracto vel in concreto. Interdum enim & res ipsa & accidentia rei poni possunt. Vt.

*Latrare esse canum & latratus caninus.*

F

6. Re=

6. Resolui potest Metaphora in simplicem locutionem per vocem simile.

*Esse canem & esse similem cani.*

7. Potest resolui in similitudinem addita accommodatione.

*Sicut canes allatrant quemuis.*

*Ita tu exuto pudore conuitiaris omnibus.*

8. Resoluitur aliquando & in prosopopœiam quando Metaphoris remotis utimur.

*Intelligentia ipsa.*

9. Aliquando & in dissimile.

*Talpa nihil eorum quæ offeruntur uidet. Ac hic omnia uidet.*

10. Sumuntur etiam ab obiectis.

*Videre pro intelligere.*

*Et obiectum uisus. Lux. Dies.*

*Vidcre lucem pro intelligere ueritatem.*

11. Accommodari possunt ijs & superiores variationes ex synonymis, Enallage, Antonomasia & Periphrafi.

12. Sumuntur & contraria.

### EXEMPLVM,

*Tuæ literæ magnopere me delectarunt.*

*Duæ uoces potissimū tractari hic possunt.*

1. Literæ.

2. Vera

2. Verbum Delectarunt. Nam in reliquis Metaphora non habet locum.

Possunt autem sumi Metaphoræ, primum à sensibus exterioribus & possunt accommodari ad sensus interiores.

1. Vox literarum admittit Metaphoram sed simul coincidit Periphrasis. Literæ, Splendor literarum, Nitor, Claritas, Perspicuitas, Lumina orationis, Colores pro ornamentis orationis.

*Literæ tuæ magnopere me delectarunt.*

Splendor

Nitor

Claritas

Perspicuitas

Splendor

Nitor

Claritas

Perspicuitas

} *tuarum literarum magnopere me delectavit.*

} *orationis magnopere me delectavit.*

Lumina

Colores

} *orationis magnopere me delectarunt.*

2. Substantiua mutari possunt in adiectiua per Enallagen manente Metaphora.

EXEMPLVM.

F 2

Splend

Splendor literarum. Splendide literæ.

Splendide  
Nitide  
Clare  
Perspicue

} tuæ literæ magnopere me delectarunt.

Coloribus  
Luminibus

} Rhetoricis exornatæ.

3. Substantiuis possunt addi adiectiua.

Eximius tuarum literarum

{ splendor  
Nitor } magnopere me delectauit.

Literæ tuæ insignibus orationis coloribus exornatæ uehementer me recrearunt.

Epistola tua pulcherrimis orationis luminibus & quasi stellulis quibusdam exornata maximam animo meo uoluptatem attulit.

4. Metaphoræ possunt resolui in locutionem simplicem. Literæ, tuæ pulcherrimis



mis stellis vel luminibus cœlestibus similes tui visæ sunt.

Epistola tua cum præstantissimis coloribus conferri potest.

Literæ tuæ uel solis splendorem superant.

5. Mutari possunt in similitudines.

sicut splendor solis blanditur oculis.

Ita dulcissima orationis tuæ lumina eximiam cordi meo delectationem adferunt.

6. In dissimile.

Tenebræ noctis tristitiam inferunt.

Sed splendor tuarum literarum hilaritatem conciliat.

7. Addi possunt & contraria.

Literæ tuæ tam elegantes minime mihi obscuræ uisæ sunt.

## II. Delectarunt.

Delectatio pertinet ad animum seu ad sensus interiores. Pro eo sumi possunt vocabula exprimentia sensus exteriores, atq; illa per Metaphoram propter quandam similitudinem accommodari possunt ad sensus interiores.

1. A visu uel obiectis.

F 3

Pera

*Perfundere noua luce gaudiorum.*  
*Srenare pectus noua luce.*  
*Adducere festum diem.*  
*Egregiam animo claritatem inducere, pro delectare.*

*Tuae literae* { *Noua gaudiorum luce me perfuderunt.*  
*Noua gaudiorum luce pectus meum serenarunt.*  
*Festum diem adduxerunt.*  
*Egregiam animo claritatem induxerunt.*  
*Omnes animi molestias obscurarunt.*

*Tabellarius tuus noua gaudiorum luce me perfudit.*

*Festum diem adduxit, qui tuas adduxit literas.*

2. *Tertia persona mutari potest per Enallagen in secundam.*

*Noua me gaudiorum luce perfudisti, cum tam elegantes ad me misisses literas.*

*Noua gaudiorum luce pectus meum serenasti.*

3. *Actiuum mutati potest in passiuum, manente Metaphora.*

*Lectis tuis literis noua gaudiorum luce perfusus sum.*

*Tabula.*

*Lectis*

Lectis tuis literis.
   
 } Noua gaudiorum luce perfusus sum.
   
 } Noua gaudiorum luce pectus meum serena
   
 } natum est.
   
 } Festus mihi adductus est dies.
   
 } Egregia animo claritas inducta est.
   
 } Omnes animi molestiae obscuratae sunt.

4. Possunt addi & alia adiectiua, quae supra recitantur in Enallage Reg. 3. Vocab. Tertio.

Literis tuis lectis.
   
 } Noua
   
 } Insigni
   
 } Eximia
   
 } gaudiorum luce perfusus sum.

5. Per verbum Neutrum.  
 Multum voluptatis ex tuis literis affulsit mihi.  
 Effulsit.

6. Per Contrarium.

Caecutit
   
 Caecus est
   
 Talpa est
   
 Talpa caecior est
   
 ἰνφλοῖσος
   
 } qui tuarum literarum splendore
   
 } non oblectatur.

Nullas tuae literae cordi meo tenebras offuderunt.



7. Per simile. Sicut luce solis oculi delectantur: ita tuarum literarum lectione animus meus recreatus est.

8. Per periphrasin.

*Nullas tristitiæ tenebras pectori meo obiecerunt.*

*Haud quaquam animi mei hilaritatem obscurarunt.*

*Nullam animo meo tristitiæ nubeculam adduxerunt.*

*Omnes tristitiæ nubeculas discussserunt, propulsarunt.*

9. Per simile.

*Sicut solis splendore propelluntur nubes ita dulcissimæ tuæ literæ omnem ex animo tristitiæ excusserunt.*

*Sicut nube solet pulsa clarior ire dies.*

*Ita lectis tuis literis noua quasi gaudiorum lux exorta est mihi.*

10. Per dissimile.

*Sicut ex atris nubibus expectantur tempestates: Ita econtra ex iucundissimo tuarum literarum splendore animi mei tranquillitas exorta est.*

11. A sensu auditus vel obiectis.

*Huc referri possunt Harmonia, cantilena, concentus, uox cygnea & similia. Item contraria & similia, ut in proximo exemplo.*

*Harmonia tuarum literarum me delectauit.*

*Dulcissimam mihi harmoniam audire uisus sum, cum tuas legerem literas.*

Vox

Vox uerè Cygnea tuæ mihi fuerunt literæ.  
Nulla cantilena tam suavis esse potest, quam tua mihi  
fuit Epistola.

Suauissimæ mihi Luscinia loco tuæ fuerunt literæ.  
Gratissima Etesiarum quarundam aura afflari uidebar,  
cum tuas accepissem literas.

Nullus lusciniarum concentus tam iucundus esse potest,  
quam tuæ mihi fuerunt literæ.

2. Per Contraria.

Omnia in tuis literis sonora fuerunt, & nihil in ijs  
κακόφωνον reperiri potuit.

Rudere mihi omnia uidentur, collata ad tuas literas.

Plusquam asinina mihi aliorum scripta uidentur si cum  
suauissimo tuarum literarum harmonia conferan-  
tur.

3. Per simile.

Sicut Musica Harmonia non potest non delectare natu-  
ras bonas, & minime monstrosas: Ita tuarum lite-  
rarum concinnitas animo meo perquam arrisit.

4. Per dissimile.

Asinina uox offendit aures: At tuarum literarum  
εὐφωνία recreat animum.

III.

Ab olfactu vel obiectis.

Suauissima tuarum literarū fragrantia magnopere me  
recreauit.

F S

Gras

Gratissimam quandam fragrantiam olfacere uidebar,  
cum Fausti mei literas nil nisi gaudium spirantes per  
legissem.

Redolent Ciceronianam phrasin literæ, quas tuus ad me  
Marcus detulit.

Non summis tantum naribus ( quod dicitur ) gratissi-  
mam tuarum literarum fragrantiam olfeci, sed sua-  
uissimo quodam odore, quasi repletus sum.

#### A contrario.

Minime mihi sordent tuæ literæ.

Emunctæ naris non est, qui eximiam tuarum literarum  
fragrantiam non aduertit.

Balsamum merum mihi tuæ uidentur literæ.

Merum balsamum tuæ spirare uidentur literæ.

### IIII.

#### A Gustu & obiectis.

##### 1. A gustu.

Cum uoluptate tuarum literarum dulcedinem degu-  
stauit.

Tuæ literæ dulcissimum mihi uoluptatis gustum præ-  
buerunt.

##### 2. Ab obiecto gustus.

Obiectis

Obiectum est sapor & species saporis, dulcedo & similia. Deinde dulcedinem exprimunt: Mel, mel Atticum, Saccarum, Ambrosia, Nectar, Mensæ secundæ, Delitiæ, delicium, cupediæ, epulæ, fercula, condimenta, Lotus.

Tuæ literæ fuerunt mihi

Dulcissimæ  
Mel Atticum  
Mel merum  
Saccarum  
Ambrosia  
Nectar dulcissimum  
Deliciæ  
Merum delicium  
Cupediæ, lautitiæ  
Mensæ secundæ  
Epulæ suavissimæ  
Fercula optata  
Condimentum quoddam.

Tuæ literæ } Facetijs tanquam sale } fuerunt as-  
                  } Facetiarum sale } perse.

Oratio

Oratio tuarum literarum, lepore & festiuitate candida fuit.

Sales orationis tuæ eximie me recrearunt.

Tuæ literæ quasi ærumnarum quoddam condimentum mihi fuerunt.

3. Per collationem.

Tuæ literæ fuerunt mihi tam dulces quam quæ dulcissima.

Tuis literis mihi nihil fuit dulcius.

Quid tuis literis cuenire potuisset dulcius?

Nun quid cum tuarum literarum dulcedine conferrî possit.

Literæ tuæ fuerunt  
mihi

quod sitienti vinum  
Nectar  
quod esurienti Ambrosia  
quod Apibus Cithysus  
quod salignæ frondes capellis  
quod urso mel  
quod cupedie palatæ.

4. Comparatum.

Literæ



Literæ tuæ fuerunt mihi  
dulciores

melle  
melle Attico  
saccaro  
Ambrosia  
Nectare  
mensis secundis  
omnibus lautitijs  
quibusuis delicijs.  
ferculis opipar  
paratis.

5. Substantiua possunt mutati in ad-  
iectiua.

Mel. Mellitum.

Lautitiæ. Lautum.

Ambrosia. Ambrosianum.

Mellitum tuis literis perquam sum delectatus.

Lautissima tua Epistola palato meo perquam fuit gra-  
ta.

Ambrosianam dulcedinem in ipsis animaduerti.

6. Positiua mutantur in superlatiua.

Mellitissima }  
                  } tuæ mihi fuerunt literæ.

Lautissima }

7. Mutatur & in comparatiuos repe-  
to substantiuo.

Lites

	Melle	
	Ipsa melle	
	Vel ipsa melle	mellitiores
Literæ tuæ fuerunt mihi.	Melle Attico	
	Lautitijs omnibus	
	Vel ipsis lautitijs	lautiores.
	Delitijs omnibus	delicatiores.

8. Per collationem Hyperbolicam.

Mel non est mel	
Saccarum non est saccarum	
Ambrosia non est Ambrosia	si cum tuarum literarum dulcedine
Nectar non est Nectar	conferatur uel conferantur.
Delitiæ non sunt delitiæ	
Lauticiæ non sunt lauticiæ	
Cupediæ non sunt cupediæ	

9. Per verba collationis.

Nullum mel Atticum tuis literis	conferri comparari potest. equiparari
---------------------------------	---------------------------------------

10. Idem fit per Reliqua.

Nullum

Nullum mel Atticum

Nullum Nectar

Nulla Ambrosia

Nullum saccarum.

11. Per verbum antepono & similia, de quibus supra.

cum tuis literis con-  
ferri potest.

Antepono

Præpono

Nullum mel Atticum tuis literis

Antefero

Præfero

Postpono

Mellis

Saccari

Tuis literis dulcea

Posthabeo

dinem

Nectaris

Ambrosiæ.

12 Per verbum superant & cognata.

Superant

Vincunt

Exuperant

Excedunt

Mellis

Ambrosiæ

Tuæ literæ

Antecedunt dulcedia

Nectaris

Antecellunt dinem.

Saccari

Excellunt

omniū de-

Anteeunt

litiarum.

Tuæ



*Tuae literae superant dulcedinem Ambrosianam.*

13. Per interrogationem.

*An ego ullum mel Atticum suauiſſimis tuis literis antiaferam?*

*Quid cum dulciſſimis tuis literis conferri poſſit?*

14. Per formulas tribuendi.

<i>Tuae literae</i>	<i>non tantū non ſolum non modo præterq̄ q̄ quid dicam</i>	<i>assequuntur</i>	<i>uerūctiā ſed etiam imo et etiam imo etiā</i>	<i>ſuperant melis dulcedinem</i>
---------------------	--	--------------------	---	--

15. Per Comparatium cum nihil.

<i>Nihil tuis literis</i>	<i>Dulcius Mellitius Lautitius Delicatius</i>	<i>eſt.</i>
---------------------------	---	-------------

<i>Nihil tuis literis lautitius</i>	<i>Inueniri Dici Cogitati Excogitati.</i>	<i>poſteſt.</i>
-------------------------------------	---	-----------------

*Nihil*

Nihil unquam tuis literis **Inueni**  
**Vidi**  
**Legi** **laetitia.**  
**Audiui.**

16. Per collationem.

Nullum Nectar tam est suaue, quam tuæ mihi fuerunt  
literæ.

Nulli tam sapit Lotus, quam tuæ mihi sapiunt literæ.

Nullæ cupediæ tam blandiuntur palato.

Nullæ laetitiæ tam titillant palatum, quam tuæ mihi  
placuerunt literæ.

17. Per similitudinem.

Sicut mellis dulcedo mirabiliter afficit palatum. Ita  
orationis tuæ elegantia supra modum bonas dele-  
ctet mentes.

18. Per verba exaturo, reficio, expleo &c.

Exaturarunt  
 Refecerunt  
 Referserunt  
 Tuæ literæ Expleuerunt **me gaudijs.**  
 Inebriarunt  
 Ebrium  
 Temulentum **reddiderunt**

G

Tuæ



*Tuæ literæ Erasmus exaturarunt gaudijs.*

*Lectis tuis literis uidisses Erasmus quasi gaudijs ebri-*  
*um.*

*Nimia leticia temulentum me dixisses, cum tuas acce-*  
*pisssem literas.*

*Voluptate me exaturauit tuus calamus.*

19. *Per passiuua verba.*

*Exaturabar*

*Refertiebar*

*Explebar gaudijs, cum tuas accepisssem literas.*

*Inebriabar.*

*Opiparis tuarum literarum epulis iucundissime sum re-*  
*fectus.*

*Erudito sale tuæ literæ asperse erant.*

20. *Per æquipollentia.*

*Tuæ literæ uehementer me iuuant.*

*Nihil me tam iuuat quam dulcissimum tuum Epistolium.*

21. *Per contrarium.*

*Tuæ literæ minimæ insulse mihi uidebantur.*

*Haud quaquam acerbis ad me misisti literas.*

*Nulla me tuarum literarum cepit sacietas.*

*Non mihi (quod dicitur) Herba sardoa fuerunt.*

V. A

## A tactu &amp; obiectis.

Magna læticia tangebatur.

Magna uoluptas titillabat animum.

Magna uoluptate prurire animus  
incipiebat.

Animus gaudio subsultabat

Læticia insignis animum demulsit.

Singularis uoluptas pectus deliniuit  
meum.

Epistola tua singulari uoluptate deliniuit pectus me-  
um.

Cum tuus tabellarius tabellas tuas tradidisset, uidisses  
præ gaudio Erasmus exultantem.

Acceptis tuis literis inusitata læticia animum meum de-  
mulsit.

Sic. Noua quadam læticia sum correptus, cum tuas  
resignassem literas.

Quicquid mæroris in animo fuit, id protinus tuæ excus-  
serunt literæ.

Exosculor tuarum literarum suauitatem.

Hactenus à quinque sensibus exterioribus Metaphoræ  
translatæ sunt ad delectationem animi.

cum tuas ac-  
cepissem lite-  
ras.

II.

Sicut à sensibus Metaphoræ translatae sunt,  
Ita et ab alijs rebus sumi possunt.

I.

Ab aqua, mari, fontibus.

Literæ tuæ magna me uoluptate {  
Perfuderunt  
Expleuerunt  
Asperserunt  
Resperserunt  
Imbuerunt  
Reseruerunt.

Literæ tuæ singu- { Voluptate  
lari { Gaudio  
{ Læticia me persua-  
{ Gaudiorum luce derunt.

Singularem animo meo uoluptatem literæ.

Tuæ { Offuderunt  
{ Asperserunt.

Letis tuis literis eximia uoluptate sum perfusus.

Exhibitis tuis tabellis animus { Exundabat  
gaudio { Redundabat  
{ Affluebat  
{ Circumfluebat  
{ Circumfundebatur.  
Affluere





Affluebam

Circumfluebam

Circumfundebar

Exundabat animus

Redundebat

Gaudio, cum tuas aspexissem  
litteras.

Hausi maximam uoluptatem ex tuis literis.

Nihil literarum tuarum lepore liquidius, adeo liber  
mibi fluere uidentur.

Magnam animo tranquillitatem tuæ induxerunt lite-  
re.

Magna ex tuis literis uoluptas ad me permanauit,  
emanauit affluxit.

Aurei fluminis instar oratio tuarum literarum fluere  
uidetur.

Totus in læticiam fusus sum.

Mare

Pelagus uoluptatum mihi adduxerunt tuæ  
θάλασσαν literæ.

Quod fretum, qui Euripus tot fluctibus abundat, quam  
tuæ literæ uoluptatibus.

Fons gaudiorum abundantissimus tuæ mihi fuerunt li-  
teræ.

Ex magno ærumnarum pelago mihi emergere uide-  
bar, cum tuas perlegissem litteras.

G 3

Omnia

*Omnia deliciarum genera ex tuis ad nos literis afflu-  
xerunt.*

*Quicquid molestiarum fuit, id totum tuæ obstruxerunt  
literæ.*

## II.

*A plantis & arboribus, herbis, frugibus.*

*Florida tuarum literarum oratio plurimum me oble-  
tauit.*

*Florentem tuarum literarum stylum cum uoluptate legi  
Fructus hilaritatis maximos ex tuis literis decerpsi.*

*Copiosam gaudiorum segetem demetere mihi uidebar,  
cum tuas perlegissem literas.*

*Oratio tuarum literarum minime erat flaccida.*

*Maturum orationis genus in tuis literis deprehendi.*

## III.

*Ab aurigis.*

*Literæ tuæ* *Plaustra uoluptatum* *in animū meū*  
*ἄμαξας ἡδονῶν* *xerunt meum.*

## IIII.

*Ab igne.*

*Incres*

Incredibilis læticiæ æstus animum meum subiit, cum tuæ  
ad me delatæ essent literæ.

Animus gaudio quasi Efferbuit cum tabellarius  
Flagrauit tuus literas mihi  
Arsit. traderet.

V.

A re militari.

Triumphum adduxit, qui tuas adduxit literas.  
Exercitus quasi gaudiorum animum Erasmi inuasit  
cum Faustinae literæ traderentur.

Eximia uoluptas me totum acceptis  
tuis literis  
Immensa gaudiorum uis mentem meam occupauit,  
cum tuas perlustrassem literas.

Cepit

Obsedit

Occupauit.

VI.

A textoribus.

Pulcherrimam tuarum literarum telam aspiciens ue-  
bementer sum lætatus.

VII.

A medicis.

G 4

Si

*Si quid animo inerat ægritudinis, huic facile tuæ meæ  
debantur literæ.*

## VIII.

### A Venatoribus.

*Magnam ex tuis literis uoluptatem uenabar.*

*Hactenus ex Metaphora uariationes plus quam ducenta  
te sumptæ sunt. Ac possunt a pluribus rebus de-  
sumi & hæ quæ recitatæ sunt, per superioris figura-  
ras Enallagen, & Periphrasin sæpius uariari pos-  
sent, manente Metaphora, sed id ex superioribus  
Exemplis animaduerti potest.*

## SEXTA VARIANDI ratio,

### Per Allegoriam.

*Allegoria est figura consistens in  
perpetua Metaphora vel orta ex concin-  
natis Metaphoris, æquipollens collatio-  
nibus, quæ carent accommodatione.*

*Tractatur cap. 18.*

*In hac aliud uerbis exprimitur, aliud  
sensu intelligitur.*

EXEMPLVM.

Shauis

Suauiter refectus sum dulcissimis literarum tuarum ferculis.

Ad Allegoriam referuntur octo species, Aenigma, Parœmia, Ironia, Sarcasmus, Astysmus, Mysterismus, Antiphrasis, Charientismus. Ibidem in Commentario.

1. Aenigma est obscura Allegoria, non ubiq; habet locum.

2. Parœmia est dictum aliquod celebre, vel nouitate aliqua insigne, vel alioqui rebus ac temporibus accommodatum.

Vt, Lepos Atticus in tuis literis summopere me exhilarauit.

Mense siculae

Attica bellaria

Litere tuæ Mellis medulla uidentur mihi.

Anima & uita

Lac Veneris.

Quod Persis erat δῖος ἐγκέφαλος id mihi tuæ fuerunt literæ.

3. Ironia significat illusionem, quæ aliquid tribuit sed per contemptum.

Displacent mihi scilicet tuæ literæ.

4. Sarcasmus. Est iocus amarulentus, effert

G 5

effert per exprobrationem, quod simpliciter  
efferrī poterat.

*Phrases usitatæ sunt. Eia uero, Aue, Salue. Agite sanè triumphum, plaudite nunc & iubilate.*

*Eia uero egregiæ sunt aliorum literæ si ad tuas conferantur.*

5. **Astyismus.** Urbanitas vel festiuitas  
quædam orationis.

*Si cui barbara suauem uidentur spirare odorem, ei non mirum est tuarum literarum sordere fragantiam.*

6. **Mycterismus.** Simulatus risus, sed  
tamen non latens, consistens in gestu.  
*Nihil forsitan iucundum in tuis fuit literis.*

7. **Antiphrasis.** Ironia in vno verbo.

*βαρβαρίζεις mi Fauste.*

8. **Charientismus.**

*Ne seui tantopere quisquis Fausti mei literas iniucundas censes.*

SEPTI

SEPTIMA VARIANDI

ratio.

Per Catachresin.

Cap. 19.

Catachresis est tropus dictionis quo  
vtimur vocabulo aliquo abusive propter  
necessitatem.

*Magnis me uoluptatibus literæ tuæ* { *Onerarunt*  
*Onustum red-*  
*diderunt.*

OCTAVA VARIANDI

ratio.

Per Onomatopœiam.

Onomatopœia est fictio vocabuli,

*Suauiter mihi in tuis literis Platonisare uideris.*

*Erasmus Cap. 20.*

NONA VARIANDI

ratio.

Per Metalepsin.

In hac nomen adiectiuum formaliter  
significans causaliter vel effectiue usurpa-  
tur.

*Letissia*

*Lætissima mihi tua fuit Epistola.*  
*Erasmus Cap. 21.*

## DECIMA VARIANDI ratio.

*Per Metonymiam.*

*Ponit continens pro contento & econtra:*

*Charta tua*

*Narratio tua magnopere me delectauit.*

*Consilium tuum*

*Autor pro opere. Faustus admodum me delectauit, pro  
literæ Fausti.*

*Erasmus Cap. 22.*

## VNDECIMA RATIO.

*Per Synecdochen.*

*De qua in Cap. 23.*

*Ponit uocabulum minus commune pro communi, spe-  
ciem pro genere, Partem pro toto.*

*1. Minus commune pro communi.*

*Tua scheda*

*ualde me delectauit.*

*Tuum schediasma.*

*2. Pars*



2. Pars pro toto.

*Animus, Mens, Pectus, Cor, Oculi pro me.*

*Meum animum*

*Meum pectus*

*Tuæ literæ ualde delectarunt*

*Meum cor*

*Meam mentem*

*Meos oculos.*

*Tuæ literæ perquam exhilararunt meum animum.*

*Tuæ literæ maximam meo cordi læticiam attulerunt.*

*Tua Epistola omnes pectoris mei sinus uoluptate refert  
sit.*

DVODECIMA RATIO,

De qua Cap. 24.

Per æquipollentiam.

1. Per æquipollentiam signorum.

*Tuæ literæ fuerunt mihi omnium iucundissimæ.*

2. Per vniuersalem negatiuam.

*Nihil mihi fuit tuis literis iucundius.*

3. Per interrogationem.

*Quid mihi tuis literis iucundius euenire potuisset?*

4. Per signum particulare addita negatione.

*Haud quicquam tuis literis iucundius mihi unquam  
fuit.*

5. Per

5. Per adiectiuum reliquus, relictus.  
Per verbum superest.

*Nihil reliquum est*

*Nihil relictum est quod tuis literis sit iucundum.*

*Nihil superest.*

Huc & reliqua, de quibus supra in  
Periphrasi dictum est.

2. Aequipollentia per commutationem  
contrariorum.

Hæc variandi ratio duci potest per  
omnes superiores variandi rationes.

*Tuæ literæ magnopere me delectarunt.*

Per contrarium.

*Tuæ literæ me non contristarunt.*

*Hæc contraria & negatiua locutio uariari potest, ut  
affirmatiua.*

1. Per Synonyma.

*Contristarunt*

*Tuæ literæ non Molestarunt me.*

*Cruciarunt.*

2. Per Enallagen.

*Tuæ literæ me non contristarunt.*

1. *Muta*

1. Mutata persona.

*Tu tuis literis me haud quaquam contristasti.*

2. Mutato genere.

*Literis tuis dulcissimis nullo modo sum contristatus.*

3. Mutato numero.

*Non sumus literis tuis perquam humaniter ad nos scriptis, contristati.*

4. Mutata persona.

*Non est Erasmus tuis literis contristatus.*

5. Per Antimeriam.

*Nulla contristatio Erasmo ex literis tuis oborta est.*

### III.

Per Antonomasiam.

*Roterodamus non est tuarum literarum lectione contristatus.*

### IIII.

Per Periphrasin.

*Tuae literae attulerunt mihi delectationem.*

*Tuae literae nullam mihi attulerunt contristationem.*

2. Per Synonyma.

Cont.

Tuæ literæ nullam mihi attulerunt  
 Contristationem  
 Tristiciam  
 Mœsticiam  
 Acerbitatem  
 Aegritudinem  
 Offensionem  
 Anxietatem  
 Molestiam  
 Sollicitudinem

3. Per Synonyma verbi.

Tuæ literæ nullum mihi  
 Attulerunt  
 Apportarunt  
 Adduxerunt  
 Inuexerunt  
 Præbuerunt  
 Conciliarunt  
 Suppeditarunt  
 Subministrarunt  
 Excitarunt  
 Pepererunt.

4. Per mutationem Dativi.

Tuæ literæ nullam attulerunt  
 Animo meo  
 Cordi meo  
 Pectori meo  
 Menti meæ.

5. Accu

5. Accusatiuo addi possunt adiectiua.  
Tuæ literæ nullam uel minimam ægritudinem animo  
meo pepererunt.

6. Per Atticismum.  
Tuæ literæ nihil tristitiæ mihi attulerunt.

7. Per passiuua verba.  
Ex tuis literis nulla tristitia mihi allata est.

8. Per Synonyma nominis.

Tristitia

Mœsticia

Ex tuis literis nulla mihi acerbitas allata est.

Ægritudo

Offensio

9. Per Synonyma verbi.

Allata

Adducta

Ex tuis literis nulla mihi ægritudo inuecta est.

Suppeditata.

10. Ex Neutris & Deponentialibus.

Accessit

Orta est

Ex tuis literis nulla molestia mihi

Oborta est

Suborta est.

H

Sic

Sic & per Atticismum.

Ex tuis literis nihil mihi molestiae  
Accessit  
Ortum est  
Obortum est.  
Subortum est.

11. Huc referri & illa possunt.

Nullum ex tuis literis  
Percepi  
Concepi animi dolorem.  
Hausi.

Literæ tuæ me nequaquam tristem effecerunt.  
Tuis literis haudquaquam tristis sum effectus.

12. Per verbum Afficio.

Tuæ literæ nulla me affecerunt  
Tristitia  
Aegritudine  
Agrimonia  
Cicero.

13. Per verbum Sentio.

Lectis tuis literis nullam sensi animo aegritudinem.

14. Per verbum substantiuū cum da-  
tiuo.

Tuæ literæ minime mihi fuerunt  
Mœrori  
Oneri  
Stomacho.  
Cicero.

15. Per nomina cum verbo substantiuo.

Tuæ

Ingratæ  
Iniucundæ  
Molestæ  
Insuaues.

Tuæ literæ non fuerunt mihi

16. Per verbum substant. & ablatiuum.  
Haudquaquam mœsto eram uultu cum dulcissimæ tuæ  
à me perlectæ erant literæ.

17. Per alia verba.  
Haud ullam animi tristiciam uultus testabatur.  
Nullam præ me tristiciam ferebam.  
Nullo mœrore conficiebar.

18. Per Nihil.  
Nihil in tuis literis mihi molestum fuit.

19. Per nihil & minus.  
Nihil minus molestum esse mihi potuit, quam suauissio-  
mum tuum Epistolium.

20. Per Interrogationem.  
Quid mihi in tam suauibus literis molestum esse po-  
tuisset?

21. Per verbum inuenire & cognata.

Inuentum  
Repertum  
Oblatum

Nihil in tuis literis molestum est.

Inueniri  
Reperiri  
Offerri.

Nihil in tuis literis triste Reperiri potuit

H 2 Quid



Quid in tuis tam iucundis literis triste inueniri possit ?

22. Per formulas tribuendi. Cap. 38.

In tuis literis	{	Non modo nihil	}	fuit	{	Verum etiam mul-
		triste				tum inde uolupta-
		Non tantum ni-				tis ad me perma-
		hil tristitiæ.				nauit.
		Nihil quid di-				Imo etiam mul-
		cam tristitiæ				tum &c.

Quid triste in tuis literis fuerit, cum summa etiam uoluptatum multitudinem me obruerint.

Adeo nihil in tuis tabellis tristitiæ fuit, ut etiam mirificam inde uoluptatem perceperim.

V.

Per Metaphoram.

1. A visu.

Literæ tuæ nullas animo meo offuderunt tristitiæ tenebras.

2. Ab auditu.

Nullam in tuis literis κακοφωνίαν deprehendi, quæ legenti mihi aliquam afferre molestiam possit.

3. Ab olfactu.

Literæ tuæ minime mihi sordent.

4. A gustu.

Non acerbæ mihi uisæ sunt tabellæ tuæ.

Non mihi fuerunt literæ tuæ (quod dicitur)

Crambe bis cocta.

Non



*Non mouerunt mihi nauseam.*

5. A tactu.

*Nulla animus tristitia tangebatur.*

*Nulla dolore tangebar.*

*Sic ab alijs Metaphoris.*

6. Ab aqua.

*Nullam tuæ literæ animo meo tristitiam asperserunt*

*Nulla ex ipsis molestia ad me promanauit.*

7. A vermibus.

*Nulla ex tuis literis animo meo obrepfit contristatio.*

8. Ab aurigis.

*Nullum animo inuexerunt merorem.*

9. A re militari.

*Lectis tuis Literis tristitia nulla animum meum occupa-  
pauit.*

*Nulla tristitiæ uis mentem occupauit meam.*

VI. Per Onomatopœiam.

*οὐ μαγαδίζεις.*

VII. Per Metalepsin.

*Haudquaquam tristes tuæ mihi fuerunt literæ.*

VIII. Per Synechdochen.

*Epistola tua cor meum non contristauit.*

H 3

Hactenus

Haecenus per equipollentiam signorum & contrarios  
rum.

Nunc sequitur de equipollentia figurarum.

Ad equipollentiam figurarum referuntur nouem figurae. Vide Commentarium in Cap 32.

Interrogatio.

Subiectio.

Exclamatio.

Dubitatio.

παράδοξον Admiratio.

Communicatio

Præteritio.

Auersio.

Licentia.

### I.

#### Interrogatio.

1. Interrogatio Rhetorica consistit in quaestionibus Emphaticis & responsione carentibus.

2. In hac vsurpantur particulae.

Quis, Quid, Quidnam, Numquid, Num aliquid, Num ne aliquid, An aliquid, An quicquam, An quicquam quaeso, Quid est, Quo, Quousque, Quomodo,  
& c.

3. Pera

3. Peruagatur pene omnes variandi rationes, sicut æquipollentiã contrariorum, tantum adduntur hæ particulæ, sicut & supra aliquoties interrogationes admixtæ sunt.

### EXEMPLA.

I.

Simplex oratio.

*Tuæ literæ me magnopere delectarunt.*

Per Interrogationem.

*An tuæ literæ me non magnopere delectarent?*

Per Synonymiam.

*Tuæ tabellæ summopere me recrearunt.*

Per Interrogationem.

*An tuæ tabellæ me non magnopere recrearent?*

II.

Per Enallagen.

1. Simpliciter.

*Tuæ literæ me magnopere delectarunt.*

2. Per Enallagen.

*Iucundissimus Fausti tabellarius summam nobis uoluptatem apportauit.*

3. Per Interrogationem.

H 4

An

*An iucundissimus Fausti Tabellarius non summam nobis  
Voluptatem apportauit?  
Summa tuarum literarum suauitate quis non delectetur?*

**III.**

*Per Antonomasiam.*

*Quomodo Roterodamus tuis tam elegantibus literis  
non possit delectari?*

**IIII.**

*Per Periphrasin.*

*Quod me tuis literis dignatus es, an non summam mihi  
uoluptatem afferat?*

*Quomodo fieri potest, ut literæ humanitatis plenæ  
non summam suauitatem animo inducant meo?*

*Exempla plura sumi possunt ex regulis superioribus.*

*Quid tuis literis iucundius cogitari potest?*

*An quidquam dulcius uel somniari possit?*

*Nunquid est in tota rerum natura, quod cum ijs, quæ  
ad nos perquam humaniter scripsisti, uel conferri possit?*

**V.**

*Per Metaphoram.*

*Quem*

Quem non eximius tuarum literarum splendor miri-  
ficè delectet ?

Quem non tuæ tam elegantes literæ uoluptate exatu-  
rent ?

## Appendix .

Idem fieri potest per reliquas formas superiores & se-  
quentes aliquot.

Est enim interrogatio figura talis, quæ multis uarian-  
di generibus accommodari potest commutatione tan-  
tum in interrogationem facta.

## SECUNDA.

### Subiectio.

1. Subiectio constat interrogatione Rhetorica cum  
responsione.
2. Particulæ hic usurpari possunt quæ in interro-  
gatione, nisi quod responsio subiicitur, unde & nomen  
sortita est.
3. Potest & hæc accommodari pluribus.

### EXEMPLVM.

Quis est quem tuæ non delectent literæ ? nemo pro-  
fecto.

H S

Num

Num quis est, cui Faustinae literae non summam voluptatem adferre possint? Nemo certe.

An quisquam inueniri possit, cuius animus non praegaudio subsultet, si tam suaues tuas cognoscat literas? Non sane arbitror quenquam reperiri posse.

III.

Exclamatio.

1. Effertur per exclamationem.
2. Phrasae sunt. O, O te miserum.  
O te infelicem. Hei mihi. Vae.  
Deum immortalem. Deus bone.  
Adeone. Tantam esse in homine inscitiam.
3. Potest & haec accommodari pluribus tantum additis particulis exclamandi.

EXEMPLVM.

Tuae literae magnopere me delectarunt.

O te miserum, si Fausti mei literae te non delectent?

Deum immortalem, quam immensam animo voluptatem tuae inuexerunt literae?

Deus bone, quantam voluptatum copiam ex tuis literis hausimus?

Tantamne voluptatem ex tuis literis percipi posse?

III. Dubia

III.  
Dubitatio.

1. Constat dubitationum formulis.
2. Phrases sunt.  
Dubito, dubitandum existimo.  
In dubitationem apud me uenit.  
Haud scio. Non uideo. Non intelligo.

EXEMPLA.

Tanta ex tuis literis uoluptas ad me permanauit, ut plane dubitem, an ulla unquam maior uoluptas ex re ulla oborta mihi fuerit.

Non uideo, quomodo maior recreatio uel excogitari, nedum offerri mihi possit.

Non satis intelligo quomodo tam subito tanta uis gaudiorum animum meum occuparit.

Quid dicam? tanta, tam insperata uoluptas animum meum occupauit, ut nihil supra.

Quid cogitem nescio, adeo præ læticia uix apud me fui, cum tuas tam elegantes accepissem literas.

V.

Paradoxon.

1. παραδόξον dicitur, cum aliquid præter spem uel opinionem euenisse ostenditur.
2. Phrases sunt:

Non

2. Phrases sunt.

Non sperassem.

Non credidissem.

Præter spem fit.

Præter expectationem.

Inopinatè accidit.

E X E M P L A.

Non credidissem tantam uim uoluptatum ex ullis literis offerri cuiquam potuisse, quanta ex tuis mihi oblata est.

Præter expectationem tuæ mihi oblatae literæ summam animo meo uoluptatem attulerunt.

Inopinate tuus me tabellarius quasi obruit, sed maximo me uoluptatum cumulo oneravit.

Quis sperare possit tantam uim gaudiorum ex tuis literis?

Admiratio.

Peculiares phrases sunt, quibus admiratio exprimitur.

Mirum est

Mirari non desino

Mirari non satis possum

Magna me tenet admiratio, &c.

Item particulae, Papæ.

Dij boni, ut

Mirum



Mirum est dictu, quantam animo meo uoluptatem tuæ  
subministrarint literæ.

Mirum dictu est.

Mirari non desino

Mirari non satis possum

Magna me tenet admiratio

Gravi teneor admiratione

Non mediocris animo incescit ad-  
miratio

Inuasit me ingens admiratio

Vehementer admiror.

Non possum non mirari.

Magnopere demiror.

Vt lubens tuas legi literas.

Papæ { Quantis animum uoluptatibus tuæ refer-  
serunt literæ?

{ Quantas lætitiæ causas mihi suppeditarunt?

Dij boni quantam gaudiorum uim Faustinae literæ no-  
bis aduexerunt.

### Appendix.

Huc facillime accommodari possunt plura ex superiori-  
bus tantum accommodatis particulis admirandi.

### VI.

#### Communicatio.

1. Hęc vel aduersariū vel iudicem quem-  
piam de sua cōsulit sententia. Phra-

2. Phrases sunt: Dic age. Quæso te, &c. Dic age mi Fauste, si tuis literis suauitatem eximiam detraherem, passurus ne esses.

Quæso te mi Fauste, si literis tuis, quas tu singulari studio elaboratas, & suauissimis orationis luminibus exornatas ad me misisti, insignem illam elegantiam, quæ reuera eis inest, detraherem, æquo ne animo id lauturus esses?

Age, quid dicturus esses, si tuas literas uel inhumanas, uel insuauas uel etiam barbaras proclamarem?

Tute iudicato, quam iniquum Erasmi tui iudicium de te futurum sit, si amicissimo animo ad eum scriptas literas iniucundas fuisse assereret.

## VII.

### Præteritio.

1. In hac simulamus nos non dicturos aliquid, & tamen exprimimus quantum sciri cupimus, & plerumq; sine interrogatione.

2. Phrases sunt.

Taceo, Prætereo, non dicam, non admonebo.

### EXEMPLVM.

Taceo, quam eximiam ex tuis literis uoluptatem perceperim.

Prætera

Prætereo, quantum gaudiorum cumulum tuæ nobis li-  
teræ attulerint.

Non dicam quantis me gaudijs delibutum reddiderint.

Non admonebo nunc, quod tu per te intelligis, quod  
lectis tuis literis, animus præ gaudio subsultarit.

### Appendix.

Cognata huic est Reiectio. Hæc quasi alias notum ali-  
quid abiicit idq; cum interrogatione.

2. Phrases: Quid dicam? Qui? Quid opus est di-  
cere.

Quid ego tibi nunc referam, quantopere tuis literis  
fuerim exhilaratus?

Quid dicam de animi mei recreatione, quæ ex dulcissi-  
mis tuis literis mihi oborta est?

Quid attinet dicere omnes pectoris mei sinus tuarum  
literarum suauitate repletos fuisse?

Quid opus est dicere de singulari tuarum literarum  
iucunditate?

### II. Cognata est præcisio.

1. Præcisio narrat quædam, & quæ superesse ui-  
dentur, præcidit, unde & nomen sortita est.

2. Phras

2. Phrases:

Vt nihil dicam.

Vt interim taceam.

Nequid dicam aliud.

Literæ tuæ eruditissimæ fuerunt, ut nihil interim de illorū  
rum eximia suauitate dicam.

Eruditæ profecto tuæ fuerunt literæ, ut nihil interim de  
illarum iucunditate dicamus.

Cæcus est, qui tuas literas non iucundissimas censet, ne  
quid dicam aliud.

3. Cognata est & permissio & concessio.

1. Hæc auditori relinquit vel committit, cogitandum vel dicendum id quod proponitur.

2. Phrases.

Permitto.

Vobis

Committo.

Vestro iudico sit commissum.

Aliorum iudicium esto.

Ab alijs, quam à me dici malo.

Cogitatio

Cogitandum

Considerandum

Alijs

committo.

Perpendendum

Dicendum.

Considerant & dicant illi qui iudicij dexteritate ualent.

Esto sane.

### EXEMPLA.

Quantum uoluptatis ex tuis literis hauriri possit, alijs iudicandum relinquo.

Quanta leticia exilierim lectis tuis literis, id uel tuo tabellario testificandum permitto.

Quantum gaudiorum ea, quæ ad nos scripsisti, attulerint, omnibus ijs dicendum committo, qui tum mihi forte adfuerunt.

Tibi ipsi cogitandum relinquo, quantam mihi letandi materiam, tam suaues literæ attulerint.

Quantum tuis literis tribuam, ab alijs quam à me dici malim.

Considerent & dicant illi, qui iudicij dexteritate ualent, quantum tuis literis insit suauitatis.

Esto sanè ut aliorum quoq; literæ aliquam mihi uoluptatem afferant, sed tuæ profecto singularem mihi uoluptatem attulerunt.

I

Aucr=

## VIII. Auersio.

### Apostrophe.

Hic sermonem ab ijs, quibus loquimur auertimus & al-  
loquimur aliam personam absentem uel presentem.  
Summam suauitatem merito literis Faustinis tribuo &  
tu quicumq; aliud sentis tandem uel inuitus conce-  
dere cogris.

## IX.

παρρησία. Licentia.

Phrases sunt. Hoc ausim publice proclamare.

Palam dico.

Inuitis omnibus dicam.

Constanter affirmo.

## EXEMPLA.

Constanter affirmo, tuis literis nihil iucundius mihi un-  
quam fuisse.

Non in tenebris dico, sed palam & liberè fateor iucun-  
diores mihi tuas fuisse literas, quam ullius, quicumq;  
tandem sit.

Hactenus per æquipollentiam constructionis, contrario-  
rum & figurarum uariata est sententia.

## DECIMA TERTIA variandi Ratio.

Per Amplificationem & extenuationem.

Hunc

Hunc referunt Auxesis. Hyperbole & Miosis, de quibus in cap. 17. 18. 19.

I.

Auxesis.

1. Utimur vocabulo atrociori pro simplici propter exaggerationem, ut sacrilegium pro furto.

2. Usurpat abstracta pro concretis.  
Ipsa eloquentia pro eloquente.

3. Vel proprium pro appellatiuo.  
Demosthenes pro eloquente.

*Epistola tua ipsa suauitas est.*

II.

Hyperbole.

*Plus dicit quam in rebus est.*

*Vel saxa tuarum literarum lepore commoueri possunt.*

*Ad stuporem usq; iucunda mihi tua fuit Epistola.*

*Incredibili læticia me delibutum reddidit.*

*Laetitia pene desipui*

*Præ gaudio uisus sum*

*mibi desipere.*

*Vix eram apud me*

*præ gaudio.*

} *cum tuas uidissem literas.*

III.

Miosis.

I 2

Extea

*Extenuat & minus dicit.*

*Literæ tuæ adeo omnem ex animo tristitiam eiecerunt,  
ut minus quam nihil tristitiæ relictum sit.*

## DECIMA QVARTA variatio.

*Per Compositionem.*

1. Per hanc non mutatur significatio vocabuli, sed tantum ordo & situs verborum variatur, & potest accommodari omnibus rationibus superioribus, de qua in Cap. 30.

### EXEMPLVM.

*Tuæ literæ me magnopere delectarunt.*

*Tuæ literæ delectarunt me magnopere.*

*Delectarunt me tuæ literæ magnopere.*

*Hæc uocum transpositio fieri potest non tantum in simplici locutione, sed etiam in omnibus figuris.*

2. Ad hanc referuntur figuræ duodecim in commentario Veltcur. in cap. 30.

1. Repetitio.
2. Copulatio.
3. Traductio.
4. Asyndeton.
5. Polysyndeton.

*C. 30.*



6. ὁμοιοπίτων.
7. ὁμοιοτέλειον.
8. Hypallage.
9. Paronomasia.
10. ἀντιανάκλασις.
11. Eclipsis.
12. Ἀποσιώπesis.

I.

Repetitio.

1. Repetitio est reiteratio vnius aut plurium vocum.
2. Species sunt tres. Aut enim repetitio fit initio sententiæ, aut in medio aut in fine.
3. Vsurpatur propter Emphasin & habet multum venustatis, grauitatis & acrimoniæ ac multum prodest ad obiurgationem, exhortationem, exprobrationem.
4. Vagatur per omnes partes orationis & potest fieri fere in singulis dictionibus, sed opera tamen danda est, vt fiat in ijs, in quibus commodius fieri potest.

*Tuæ literæ magnopere me delectarunt.*

I 3

Tua,

*Tuæ, tuæ inquam literæ magnopere me delectarunt.*  
*Tuæ literæ, tuæ inquam literæ magnopere me delecta-*  
*runt.*

*Tuæ literæ magnopere, magnopere inquam me delecta-*  
*tarunt.*

*Tuæ literæ me magnopere delectarunt, delectarunt in-*  
*quam magnopere.*

5. Regula. Repetitio talis fieri potest non tantum in simplici sententia, sed per plerascq; formas superiores. Atq; ita multæ quoq; variationes ex hac desumi possunt,

### EXEMPLA.

#### Per Enallagen.

*Literæ Faustinae egregiam, egregiam inquam delectationem nobis attulerunt.*

*Infinita tuarum literarum elegantia, maximæ voluptati, voluptati inquam, maximæ mihi fuit.*

*Tuis literis summopere sum recreatus, recreatus inquam summopere.*

#### Per Periphrasin.

##### Periphrasis literarum.

*Quod me certiozem tuis literis reddideris, quod me, inquam, Certiozem reddideris, id summæ mihi voluptati fuit.*

Qui

Qui tuas ad me literas detulit, is, inquam qui tuas ad  
me literas attulit, ἀμαξασ ἡδονῶν adduxisse mihi  
uidetur.

### Periphrasis Aduerbij.

Quod me tuis literis dignatus sis, id me maiorem in mo-  
dum, maiorem in modum inquam exhilarauit.

### Periphrasis verbi.

Immensum gaudiorum cumulum, immensum inquam  
cumulum gaudiorum tuæ nobis literæ subministra-  
runt.

Tuæ literæ antecellunt, antecellunt inquam incundita-  
tate rebus omnibus.

Nihil, nihil inquam, tuis literis iucundius cogitari po-  
test.

Nihil inueniri, nihil inquam inueniri iucundius usquam  
potest.

### Per formulas tribuendi.

Epistolum Faustinum præterquam quod singulari eru-  
ditione excultum fuit præterquam, inquam, quod  
singulari eruditione excultum fuit, cum summa eti-  
am suauitate coniunctum fuit.

### Per Metaphoram.

#### A Visu.

Splendor tuarum literarum, splendor inquam tuarum  
literarum noua gaudiorum luce nos persudit.

I 4

Ab au

### Ab auditu.

Dulcissimam harmoniam, dulcissimam, inquam, harmoniam mihi audire uisus sum, cum tuas legerem literas.

### A gustu.

Mel Atticum, mel Atticum, inquam, tuæ mihi fuerunt literæ.

Exaturarunt, exaturarunt, inquam, me gaudijs.

### A re militari.

Triumphum, triumphum, inquam, adduxit is, qui tuas adduxit literas.

Idem fieri potest per omnes species Metaphoræ.

### Per Interrogationem.

Quid tuis literis, quid inquam tuis literis iucundius offerri potuit?

### Per dubitationem.

Non uideo, non uideo inquam, quomodo maior recreatio uel excogitari, necdum offerri mihi possit.

### Appendix.

Eodem modo repetitio duci potest & per sequentes figuras tantum repetitis particulis, quibus figuræ illæ exprimuntur. Sæpe enim interrogatio coniuncta est cum alijs figuris.

### II.

Cum repetitione cognatæ sunt sequentes figuræ.

### 1.

ἐπί

ἐπιρρησις. Subiunctio, Vt

O Corydon, corydon quæ te dementia cœpit.

O Fauste, Fauste, quam suaves tuæ fuerunt literæ.

O Fauste, O mi Fauste, quam eximio me tuæ literæ gaudio expleverunt.

II.

Epanalepsis quæ versum inchoat & finit. Multa super Priamo &c.

Delectarunt me tuæ literæ, imo uerè delectarunt.

III.

Anadiplosis, reduplicatio, quæ in fine versus ponitur & initio sequentis repetitur. In primis cum præcedente figura locum habet in carmine. Usurpari tamen & suo modo potest in prosa.

Tuæ literæ magnopere me delectarunt. Delectarunt inquam ita, ut nihil possit magis.

IIII.

συμπλοκή. Complexio.

In hac idem initium & idem finis orationis est.

Quæ res tantopere exhilarauit Erasmus?  
Literæ Faustinae.

Quæ res effecit, ut præ gaudio exiliret?  
Literæ Faustinae &c.

II. Figura Compositionis.

Dicitur *πλοκί* copulatio seu duplicatio.

1. Copulatio est figura in qua repetitio est eiusdem vocis, ita vt posterior vox descriptio sit prioris vel in qua prior vox personam, posterior qualitatem significat.

*Ad illum diem Memmius erat Memmius? Memmius illo die se præclare gessit, & declarauit illas uirtutes, quibus ornatus erat.*

Prior uox personam, Posterior qualitates seu uirtutes personæ significat.

2. Vsurpatur non tantum in nominibus proprijs sed etiam in appellatiuis.

### EXEMPLVM.

*In hoc tumultu Consul uerè consul fuit.*

3. Sic hoc loco usurpari possunt propria Faustus & Erasmus.

*In istis literis, quas tabellarius abs te proxime missus attulit, in istis inquam Faustus uerè Faustus fuit quasi dicat Faustus fausta, felicia & prospera nunciauit. Faustus enim à fauore dicitur & significat prosperum ac felix.*

*Tum Erasmus Erasmus erat, cum tuas accepisset literas.*

### IIII.

Traductio. *ωολύπιωτον.*

1. Trad

I. *Transductio est quando idem vocabulum alio atq; alio casu repetitur.*

### EXEMPLVM.

*Præ gaudio exultantem Erasmum uidisses, cum Faustissimas Fausti literas perlegisset.*

*Suauissimæ literæ suauissimi Fausti mei suauiter me refecerunt.*

### IIII.

#### *Asyndeton.*

*Asyndeton dicitur, cum plura uocabula sine coniunctione coniunguntur.*

### EXEMPLVM.

*Tuæ literæ me delectarunt, refecerunt, gaudijs expleuerunt.*

### V.

#### *Polyasyndeton.*

*In hac oratio multis coniunctionibus connectitur.*

*Gauisus sum & cum tabellarium tuum conspicatus essem & cum literas tuas suauissimas perlegissem, & delector adhuc quoties dulcissimarum tuarum literarum mentio animum subit.*

### VI.

#### *ὁμοιοπρωτον.*

*ὁμοιοπρωτον est quando iisdem casibus dictiones aut sententiæ in commatis uel colis efferuntur.*

Delea

Delectauit me singularis tuarum literarum elegantia,  
tum in primis etiam eximia tui erga me animi bene-  
uolentia.

Tuæ literæ fuerunt mihi ualde gratæ & supra modum  
expectatæ.

Admiratus sum tuarum literarum suauitatem & in pri-  
mis, quia coniunctam animaduerti eximiam graui-  
tatem.

## VII.

ὁμοιοτέλευτον.

Sicut ὁμοιοτέλειον accidit in nominibus.

Ita ὁμοιοτέλευτον in uerbis & alijs orationis par-  
tibus.

Tuæ literæ maximam mihi uoluptatem pepererunt.

Quia eas & erudite scripsisti & singulari artificio  
omnia disposuisti.

Legi tuas literas libenter.

Animaduerti scriptas prudenter.

Et resectus sum ijs eleganter.

## VIII.

Hippallage.

In hoc oratio conuerso rerum ordine profertur. Sed  
hæc omitti hic potest, Quia in prosa orationem in-  
eptam potius quam elegantem efficit.

Par de



## IX.

*Paranomasia.*

*Agnominatio.*

*Hæc fit cum uox repetitur non prorsus eadem, sed aliqua ex parte immutata & est iucunda uocum collusio significatu tamen diuerso.*

*Literæ tuæ suauissimæ non aratorem sed egregium oratorem declararunt.*

*Non me uana spe lactarunt, sed eximie delectarunt.*

*Non mihi littus arasse sed suauissimas literas exarasse uideris.*

*Tuas literas cum uoluptate aspexi.*

*Nulla uero ratione despexi.*

*Non mihi ex tuis literis animi defectio, sed singularis animi refectio nata est.*

*Qui tuas mihi literas exhibuit, egregium contristato animo remedium adduxit.*

*Non exulceratio sed singularis animi exhilaratio ex tuis mihi literis orta est.*

## X.

*Antanaclasis.*

*Vicina est cum præcedenti & fit cum idem repetitur mutata nonnihil uel dictione uel significatione.*

*Tuarum literarum suauitas animi mei dolorem non modo repressit, sed etiam omnino suppressit.*

*Nulla*

Nulla suauitas tuarum literarum suauitati conferri,  
multo minus praeferri potest.

## XI.

### Eclipsis.

In hac dictio aliqua omittitur.

Quid multa? suauissima mihi tuae fuerunt literae.

Fuerunt tuae literae per quam reficiendo animo scilicet idoneae.

## XII.

### Aposiopesis. Reticentia.

Haec fit cum ex affectu uel ira aliquid omittitur.

Qui tuas literas non suauissimas iudicant, eos ego, sed continco me.

Haecenus exempla figurarum recitata sunt quae ad compositionem referuntur.

## DECIMA QUINTA

### uariatio.

Per alias quasdam figuras, quae et ipse orationis copiae inseruiunt.

## I.

Inuersio. In hac transpositis quibusdam vocibus sententia contraria efficitur.

Literae tuae suauis mihi uise sunt, non ob tabellarium, etsi uir bonus est, sed tabellarius propter tuas literas suauis mihi fuit.

## II.

Ἐδύνατον.

In hac ponuntur phrasēs impossibilitatem exprimentes.  
Dici non potest. Nemo facile dixerit. Verbis assequi nemo potest.

Fieri non potest, ut commemorem satis.

Nulla eloquentia satis exponere potest.

Angelica eloquentia ex primere non potest.

Nemo in toto terrarum orbe est qui possit exprimere.

## EXEMPLA.

Dici non potest quantopere tuæ literæ me delectarint.

Verbis assequi nequeo quantam animo meo uoluptatem tuæ suppeditarint literæ.

Verbis assequi nemo potest, quantæ mihi uoluptati fuerint.

Nemo facile dixerit, quantum delectationis menti meæ subministrarint.

Verbis exprimi non potest, quanto exultarim gaudio, cum tuæ mihi traderentur literæ.

Nulla eloquentia satis pro dignitate explicare potest, quanta gaudiorum uis mentem inuaserit meam, cum tuæ literæ tam efficacem mihi consolationem subministrarent, qui alioqui præ dolore animum pene exhalaturus eram.

Non

Non arbitror angelicis linguis, satis commendari posse  
tuarum literarum sanctimoniam, qua me ex tenebris  
mortis in lucem reduxisti.

Antu existimas quenquam in toto terrarum orbe repe-  
riri posse, qui de æterna animarum salute dexterius  
loqui possit, quam in tuis proximis literis factum est?

### III.

#### Congeries.

In hac plura Synonyma congeruntur.

Tuæ literæ tantum risus, tantum plausus, tantum tripu-  
diorum attulerunt, ut nihil supra.

Suauitas, eruditio & grauitas tuarum literarum per-  
quam mihi fuerunt grata.

### IIII.

#### Climax.

Climax dicitur quando coaceruatio fit cum quadam  
repetitione & cognationem cum sorte habet, dici  
potest gradatio. Quia per gradus procedit.

Tuus tabellarius planè mihi iucundus fuit. Literæ tuæ  
iucundiores. Consolatio uero tua, qua animum me-  
um tristissimum crexisti, longe iucundissima.

Tuæ literæ me exhilararunt, gaudijs exaturarunt, ad  
stuporem usq; delibutum reddiderunt.

### V. Gratulatio

Gratulatio

Gratulatio est quando ostendimus nos gaudere, & uirtuti uel honoribus aliorum bene precamur.

Lectis tuis literis gauisus sum, Magnopere & tibi gratulor quod eò eruditionis progressus sis, speroq; eximiam tuam eruditionem aliquando communi patriæ profuturam.

## VI.

### Inuocatio.

Non habet ubiq; locum.

## VII. Votum.

1. Consistit in phrasibus optandi.

2. Phrases sunt :

Opto.

Optarim.

Optandum esset.

Quam optarim.

Vtinam.

Ah quam uellem.

Vehementer uellem.

O si.

Nihil tam opto, quam ut crebro tam suaues ad me mittantur literæ.

Quam optarim crebras tuas ad me mitti literas.

Vtinam frequentiores ad me mittas literas, cum tanta suauitate coniunctas, quales fuerunt proximæ.

Ah quam uellem tales ad me mitti literas quotid e.

K

VIII.

## VIII.

### Admiratio.

In hac usurpamus particulas, quibus iuramenta exprimentur.

Tales sunt: Per Deum immortalem.

Per iustitiam.

Per Synceram ueritatem.

## EXEMPLVM.

Per Deum immortalem, nihil suauius mihi offerri potuit.

Per synceram ueritatem, nihil amabilius nominari potest.

## IX.

### Obtestatio.

Phrases sunt: Obtestor te per Deum.

Per iustitiam.

Per dextram tuam.

Per fidem tuam.

Oro te per nostram amicitiam.

Obtestor te per Deum, ut tam suaues literas crebrius ad me mittas.

Oro te per nostram amicitiam, ne quando praeter mittas tam iucundas ad me mittere literas.

## X.

### Imprecatio.

Phrases sunt: Faxit Deus.

Male

Male eis uertat.

Male ualeant.

Male sit.

Male pereant.

Dispercam si.

Emoriar.

## EXEMPLA.

Dispercam, si quas unquam iucundiores legi literas.

Dispercam, si quid in uita suauius obtigit tuis literis.

Male ualeant, qui tuas literas iniucundas censent.

Emoriar, si quicquam unquam accidit iucundius tuis literis.

## XI.

### Ignoscentia.

Hac ostendimus nos ignoscere uelle ijs, qui minus dextre iudicant.

Si quis adeo sinistri iudicij est, ut tua tam eleganti Epistola non delectetur, eum ego sane sine acerbitate dimittam, sed ita, ut mentem tamen ei meliorem precer.

## XII.

### Mimesis.

In hac repetuntur aliorum uerba cum quadam amarulentia & adduntur aliquando confutationes.

Non est suavis, inquit, epistola Fausti, sed male illi & peruersè iudicant.

K 2

Rudis

Rudis est, inquit, epistola Fausti ad Erasmus scripta  
& nihil admodum leporis ei inest. Hi si quid iudicij  
haberent, multo aliter iudicaturi erant.

### XIII.

#### Dialogismus.

Sermocinatio, in qua persona aliqua conueniens in-  
troducitur & recitantur interrogationes & inter-  
dum responsiones adiiciuntur.

### EXEMPLVM.

Cum tuus ad me tabellarius accessisset, suauissimasq;  
præbuisset literas, Quid Faustus inquam agit? Re-  
ctè inquit. Viuit ne? uiuit.

Ac ualet? optimè. Quid uxor? quid liberi? quid eius  
deniq; familia? omnes uiuunt, inquit & ualent opti-  
mè.

### XIIII.

#### Hypotyposis.

In Hypotyposi quedam gestum pictura describitur.

Cum tuas accepissem literas, facies sanè exporrecta  
erat, & totus præ gaudio exiliebans.

### XV.

#### Prosopopæia.

Hec



Hæc ea quæ personæ sunt rei tribuit, quæ non est persona, uel introducit defunctum loquentem.

De tuarum literarum suauitate non tantum infantes, sed & parietes, lapides & ligna testari possent.

Cum tua ad me uenisset epistola, quam eam mihi gratam fuisse existimas?

Per amanter me tua salutauit epistola.

## DECIMA SEXTA RATIO

ratio variandi.

Sumi potest ex gradibus comparationis. In his graduum comparationis uariationibus plurimæ occurrunt periphraſes. Occurrunt & aliæ pleræq; figure, quæ graduum uariationi subseruiunt.

1.

### Variatio positiui.

Sumi potest ex cap. 41.

1. Positiuus variatur primum per compositionem dictionum: per, perquam, præ, de, ad, sed videndum est cum quibus componi possint.

K 3

Exem=

EXEMPLVM.

Tuæ literæ fuerunt mihi iucundæ.

Tuæ literæ fuerunt mihi { Per iucundæ.  
Per quam iucundæ.

2 Per voculas, quam vt, oppido, quam & similes.

Quam

Vt

iucundæ mihi tuæ fuerunt literæ?

Oppido quam

3. Per voculas Epitasin significantes, ut Admodum, valde, egregie & similes.

Tuæ literæ fuerunt mihi { admodum } iucundæ.  
ualde }  
egregie }

4. Per particulas in primis, cum primis, maiorem in modum.

In primis

Cum primis

Tuæ literæ fuerunt mihi

iucundæ.

Maiorem in

modum

5. Eleganter per non tantum.

Tuæ literæ non tantum iucundæ mihi fuerunt.

6. Per

6. Per figuras, quæ vim positiui aug-  
gent, vt per Auxesin, ad stuporem vsq̃.  
*Tuæ literæ fuerunt mihi ad stuporem usq̃, iucundæ.*

7. Per admirationem.

*Papæ quam*

*Immane*

*quantum*

*iucundæ mihi tuæ fuerunt*

*literæ?*

8. Per ἀδύνατον.

*Dici non potest, quam iucundæ mihi tuæ fuerint literæ.*

9. Per adiurationem. Deum immor-  
talem quam iucundæ mihi fuerunt tuæ li-  
teræ?

10. Per abominationem.

*Dij meliora, quam ut tuæ literæ non sint mihi iucundæ.*

11. Per exclamationem, O quam iu-  
cundæ tuæ mihi fuerunt literæ.

12. Per commutationem adiectiui.

*Magna iucunditate*

*tuæ fuerunt literæ.*

*Magnæ iucunditatis*

13. Per interrogationem.

*An tuæ literæ non sint mihi iucundæ?*

*Hæc in unam tabulam colligi possunt adiectis equipol-  
lentibus.*

*Quam*

*Vt*

*Immane quantum*

*Papæ quam*

*Oppido quam*

*Sane quam*

*Nimis quam*

*Admodum*

*Valdè*

*Egregiè*

*Insigniter*

*Insignitè*

*Magnopere*

*Maximopere*

*Summopere*

*In primis*

*Ad primè*

*Cam primis*

*In paucis*

*Tantopere*

*Quantopere*

*Adeo*

*Maiorem in modum*

*Mirum in modum*

*Iucundæ mihi tuæ  
fuerunt literæ.*

*Supra*

Supra } modum.  
Præter }

In infinitum

In finitis modis

In finitis partibus

Singulariter

Vnicè

Eximie

Impendio

Impense

Effuse

Abundè

Affatim

Excellenter

Mirè

Mirificè

Ultra fidem

Ultra q̄ credi potest

Incredibiliter

Præ Cæteris

Plus nimio

Plusquam

Plus satis

Non tantum

Terq; quaterq;

Incredibile dictu

Iucundæ mihi  
tuæ fuerunt li-  
teræ.

Quam

K 5

Imma=

Immane dictu quam  
Dici non potest quam  
Sermonē consequi ne-  
queo, quam.

Si mihi sint centum  
linguæ, sint oraq;  
centum, tamen  
cloqui non possim quam  
Deum immortalem  
quam.

iucundæ mihi  
tuæ fuerunt li-  
teræ.

Næ tuæ literæ perquam mihi iucundæ fuerunt.  
Item adiectiua, quæ in Enallage recitantur Reg. 3.  
uocabulo. 3.

Rara  
Primaria  
Præcipua  
Incredibilis  
Stupenda  
Admiranda  
Excellent.

tuarum literarum fuit  
iucunditas.

Ex hac tabula plus quam sexagies uariari potest illa  
sententia & possunt accommodari uel ad adiecti-  
uum iucundæ, uel ad alia æquipollentia.

EXEMPLVM.

Tuæ

Tuæ literæ fuerunt mihi periucundæ.  
 Tuæ literæ fuerunt mihi per quam gratæ.  
 Tabellæ tuæ supra modum mihi fuerunt acceptæ.  
 Faustmæ literæ ultra quam credi potest Erasmo fue-  
 runt exoptatæ.  
 Incredible dictu quam suaues nobis tuæ fuerint lite-  
 ræ.  
 Sermone consequi nequeo, quam iucundum Roteroda-  
 mo tuum fuerit Epistolum.  
 Stupenda fuit tuarum literarum iucunditas &c.

## II.

Variatio comparatiui.

Sumi potest ex cap. 45.

Tuæ literæ fuerunt mihi iucundiores, quam ut uerbis  
eloqui possit.

Tuæ literæ fuerunt  
mihi

Longe

Multo

Nimio

Multis partibus iucundiores

In immensum quam ut

In infinitum uerbis elo-

Infinitis partib. qui possit.

## III.

Variatio

Variatio superlatiui.

sumi potest ex cap. 44.

1. Potest positiuus commutari in superlatiuum.

Tuæ literæ fuerunt mihi  $\left. \begin{array}{l} \text{iucundæ} \\ \text{iucundissimæ.} \end{array} \right\}$

2. Superlatiuus potest augeri per aduerbia longe, multo, facile, plus quam, quam.

Tuæ literæ fuerunt mihi  $\left. \begin{array}{l} \text{Quam} \\ \text{Longe} \\ \text{Multo} \\ \text{Facile} \\ \text{Plus quam} \end{array} \right\} \text{iucundissimæ.}$

3. Superlatiuo addi potest genitiuus pluralis iucundissimæ. Omnium iucundissimæ.

Literæ tuæ fuerunt mihi omnium iucundissimæ.

3. Hic genitiuus coniungi potest cum aduerbijs.

Tuæ literæ fuerunt  $\left\{ \begin{array}{l} \text{longe omnium} \\ \text{multo omnium} \end{array} \right\} \text{iucundissimæ.}$   
mihi

4. Per figuræ.

Per



Per Exclamationem.

Deum immortalem, quam tuæ literæ longe omnium  
mibi fuerunt iucundissimæ.

5. Superlatiuo addi potest & comparatiuus.

Tuæ literæ iucundissimis iucundiores mihi fuerunt.

6. Superlatiuo addi potest abstractum per Hyperbolen.

Tuæ literæ mihi non modo iucundissimæ fuerunt, sed  
ipsa etiam iucunditas.

7. Cum abstractio iungi potest comparatiuus.

Tuæ literæ fuerunt ipsa iucunditate iucundiores.

8. Iungi potest & cum proprio aliquo nomine.

Tuæ literæ fuerunt ipsa Venere uenustiores.

IIII.

Periphrases comparatiui.

Sumi possunt ex cap. 45.

Tuæ literæ iucundiores mihi fuerunt quam ulla res  
alia.

1. Particula quam, efferripotest per ac,  
atq;.

Tuæ literæ mihi fuerunt iucundiores.  $\left. \begin{matrix} \text{quam} \\ \text{ac} \\ \text{atq; } \end{matrix} \right\} \text{ulla res alia.}$  Com=



2. Comparatiuus mutari potest in positiuum addita particula magis.

*Tuæ literæ fuerunt mihi magis iucundæ, quam ulla res alia.*

3. Idem fieri potest per particulam potius.

*Tuæ literæ potius iucundæ mihi fuerunt, quam ulla res alia.*

4. Eandem vim habet præpositio præ.

*Tuæ literæ præ alijs mihi iucundæ fuerunt.*

5. Vsurpantur & particula minus, non tam, non perinde & similes, sed commutatis terminis.

*Tuæ literæ fuerunt mihi magis iucundæ quam aliæ res. Aliæ res minus mihi iucundæ sunt quam tuæ fuerunt literæ.*

### Tabula.

Aliæ res	{	Minus	}	iucundæ mihi sunt quam tuæ fuerunt literæ.
		Non perinde		
		Non tam		
		Non similiter		
		Non æqualiter		
		Non æquè		

¶ Sunt

6. Sunt & verba comparatiua, quæ vim comparatiuorum habent, qualia sunt præstat, superat, vincit &c. Item aliæ voces cognatæ.

Tuae literæ ræ.	}	Præstant	}	omnibus alijs re-	
		Potiores sunt			bus.
		Præstantiores sunt			
	}	Superiores sunt		}	
		Potius præstantes			
		Magis præstantes			

Tuae literæ	}	Superant	}	iucunditatem omnium re-
		Vincunt		

Tuae literæ	}	Antecellunt	}	iucunditate rebus alijs.
		Præcellunt		
		Anteunt		
		Præcedunt		
		Anteuertunt		

7. Actiua mutari possunt in passiua per Euallagen.

Res aliæ	}	Superantur	}	iucunditate tuarum li-
		Vincuntur.		

8. Per

8. Per verbum Anteponit & cognata.

Antepono }  
Præpono } tuarum literarum iucunditatem  
Antefero } rebus alijs.  
Præfero }

9. Hæc similiter commutari possunt in passiva.

Iucunditas tuarum literarum merito. }  
Anteponenda }  
Præponenda } est rebus  
Anteferenda } alijs.  
Præferenda }

10. Per contrarium verbum postpono.

Postpono. } omnes res alias tuarum literarum  
Posthabeo. } iucunditati.

11. Per eorum passiva & cognata verba neutra.

Alie res } Postponendæ sunt }  
Posthabendæ sunt } iucunditati tuarum  
Cedunt } literarum.

12. Per



12. Per alias Periphrases, quales sunt :  
Præripere laudem, Palmam, &c.

Tuarum literarū iucunditas {  
Laudem } præripit  
Palmam } reb. alijs.  
Victoriam }

13. Cum his iungi potest & verbum  
eripit.

Tuarum literarum iucunditas alijs rebus palmam eripit.

Ex his regulis sumi possunt locutiones  
comparatiuæ & Periphrases eorum.

Tuæ literæ fuerunt mihi iucundiores quam ulla res  
alia.

Fausti mei literæ potiores mihi fuerunt quam quicquam  
aliud.

Antecellunt Fausti literulæ iucunditate rebus quibuslibet,  
&c.

#### V. Periphrases Superlatiui.

Sumi possunt ex cap. 46.

Superlatius variè efferri potest.

Tuæ literæ fuerunt mihi longe iucundissimæ.

1. Effertur per Periphrasin,

L

Tuæ

*Tuae literæ fuerunt mihi*

*Iucundissimæ*

*Maximæ iucundæ.*

2. Per Antitheton.

*Minime*

*Tuae literæ fuerunt mihi* *Nequaquam iniucundæ.*

*Neutiquam*

3. Per Enallagen. Adiectivum mutat  
in substantivum.

*Maxima est tuarum literarum iucunditas.*

4. Efferuntur superlativi & per verba  
superat, vincit &c.

*Superant*

*Vincunt*

*Exuperant*

*Excedunt*

*Antecedunt*

*Tuae literæ Antecellunt omnes res iucundas.*

*Anteeunt*

*Longo interuallo præcedunt*

*Longo interuallo post se relinquunt.*

*Tuae*

*Tuæ literæ omnium rerum iucunditatem longo inter-  
uallo præcedunt.*

*Tuæ literæ omnes alias res quantumuis iucundas longo  
interuallo post se relinquunt.*

5. Adiectiuum conuerti potest in sub-  
stantiuum.

*Superant*

*Tuæ literæ Vincunt iucunditatem omnium rerum.*

*Exuperant*

6. Accusatiuus substantiuui commuta-  
ri potest in ablatiuum, & genitiuus in ac-  
cusiuium.

*Superant*

*Vincunt*

*Exuperant*

*Tuæ literæ omnes res alias Excedunt iucunditate.*

*Antecellunt*

*Anteeunt.*

7. Conuerti potest & genitiuus (omni-  
um rerum) in datiuum.

*Antecellunt*

*Tuæ literæ iucunditate Præcellunt rebus omnibus.*

*Præeunt.*

*Tuæ literæ calculis & suffragijs omnium merito iudi-  
cantur suauissima.*

L 2

Sub=

8. Substantiuum iucunditas augeri potest per alia substantia, qualia sunt magnitudo, excellentia, praestantia.

*Tuæ literæ fac le superant* Magnitudine iucunditatis.  
*omnes res alias* Excellentia.

9. Locum habent & prouerbia quædam superlatiuorum vim exprimentia, qualia sunt tenere principatum, arcem, &c.

*Tuæ literæ inter res iucundas* { Locum eminentissimum obtinent  
Arcem tenent.  
Principatum obtinent.  
Primas tenent.  
Non postemas serunt.

10. Adiectiua quædam, vt :

*Vnicus, Solus, Primus & similia vim superlatiuorum habent.*

*Vnice*



*Vnicæ  
Solæ  
Primæ  
Tuae literæ Præcipuæ sunt inter res iucundas.  
Primariæ  
Excellentes  
Primi gradus.*

*Primi gradus eis merito assignantur.*

11. *Insignis & æquipollentia efferri possunt per formulas laudendi & vituperandi.*

*Tuæ literæ fuerunt insignes iucunditate.*

*Eximie iucunditatis.*

*Excellenti iucunditate.*

12. *Genitiuus pluralis, qui additur Superlatiuo in simplici locutione efferri potest per Periphrasin, mutato genitiuo in accusatiuum cum Præpositione inter & similes.*

*Literæ tuæ fuerunt mihi omnium iucundissime.*

L 3

Tue

Tuæ literæ fuerunt mihi {  
 Inter  
 Præter  
 Supra  
 Ultra } omnia iucunda  
 dissimæ.

13. Pro Accusatiuo sumi potest Ablatiuus cum Præpositione.

Tuæ literæ fuerunt mihi {  
 Ex  
 Præ  
 De  
 In } omnibus iucundis  
 dissimæ.

14. Addi possunt Aduerbia longe, multo.

Tuæ literæ fuerunt mihi {  
 Inter omnia longe  
 Præ omnibus multo  
 Supra omnia facile } iucundis  
 simæ.

15. Effertur genitiuus pluralis & per alias particulas cum positiuo.

Ante

Iucundæ mihi fuerunt tuæ  
literæ

Ante alia.

Præ alijs.

Præ cæteris.

Præter cætera.

Præter omnia.

Supra cuncta.

Si quid aliud.

Si quicquam aliud.

Si quid unquam aliud.

Si quando iucundum  
fuit quicquam.

Quantum aliud nihil.

Quoad fieri potuit.

Si quid aliud iucun-  
dum perhiberi potest.

16. Tales particulae sunt Etiam, Tam,  
Quam, Quam, Qui, ut Qui &c.

Tuæ literæ tam mihi fuerunt iucunde  
Quam quæ  
ut Quæ  
ut Cum } maxime  
iucundæ.

Tam fuerunt mihi iucundæ, quam quæ iucundissi-  
mæ.

Tuum Epistolium tam mihi fuit gratum, quam quod  
gratissimum.

L 4

17. H3a

17. Hyperbole aliquando locum habet ad stuporem usq̄.

*Literæ tuæ ad stuporem usq̄ iucundæ fuerunt mihi.*

18. Aliquando & comparatiuus pro superlatiuo.

*Tuæ literæ omnibus alijs rebus fuerunt mihi iucundiores.*

19. Ponitur & positiuus pro superlatiuo, addita negatione.

Nihil { Tam  
Acque iucundum fuit.  
Magis.

20. Ponitur & comparatiuus cum particula Nihil & æquipollentibus.

Nihil

Haud quicquam

Haud aliud quicquam

Vix quicquam

Non ullum aliud.

tuis literis iucundius esse potuit.

21. Pro verbo substantiuo sumi potest  
verz

verbum accidit, obtigit. Nihil mihi potuit tuis  
litteris iucundius accidere.

Quod ad me scripsisti, eo nihil iucundius accidere mihi  
potuit.

Dispeream si quid in uita gratius mihi obtigerit.

22. Per verbum adferri & similia.

Tuis litteris nihil potuit adferri iucundius.

23. Variatur & per Synonyma comparatiua.

Iucundius

Optatius

Nihil potuit tuis litteris Expectatius adferri.

Desideratius.

Huc pertinet & generalis verborum  
Periphrasis, de qua in Cap. 69.

Fieri non potest quo minus iucundæ mihi tuæ sint litte-  
re.

24. Per Periphrasin pro ablatiuo ponitur  
nominatiuus cum particula Quam.

Nihil  
Haudquicquam  
Vix quicquam aliud } tam iucundum mihi accidere  
potuit, quam tuæ fuerunt litte-  
re.

L S

Nulla

Nulla res tam iucunda  
 Nihil æque  
 Nihil magis

{ iucundum }

} esse potuit.

25. Hæ formæ mutari possunt in interrogationem cum particula Quid.

Quid tuis literis iucundius esse potuit?

Sic per Synonyma.

Quid tuis literis

{ Acceptius  
 Suavius  
 Exoptatius }

} esse potuit.

26. Variari possunt & per verbum inueniri & similia.

Nihil est tuis literis iucundius.

27. His verbis additur & verbum Possum & efficitur ἀδυνατον.

	Inueniri	
	Reperiri	
	Nominari	
Nihil usquam	Offerri	Potest tuis literis
Haudquicquam	Dici	iucundius.
	Excogitari	
	Somnari.	

Nihil

Nihil potest inueniri tuis literis iucundius.

Nihil cogitari potest literis & austis elegantius, iucundius, suauius.

Nihil Erasmo expectatius afferi potuisset.

Non potest reperiri quicquam tam delectabile, quam fuerunt illa, quae ad nos scripsisti.

Nihil dici potest, quod literis tuis acceptius esse possit.

Nulla res commemorari potest, quae tuis tam elegantibus scriptis amabilior euenire queat.

Nihil excogitari potest magis gratum, quam tuae fuerunt tabellae.

28. Pro Infinitiuo passiuo vsurpari potest verbum indicatiuum actiuum.

Inuenies

Reperies

Nihil

Faustinis literis iucundius.

Nominabis

Excogitabis.

29. Vsurpari potest & potentialis modus & resolutio eius, de quo cap. 70.

Inuenies

Inuenies  
 Reperias  
 Nominaueris  
 Nihil Excogitaueris iucundius ijs, quæ ex tuarum  
 Inuenire queas literarū lectione cognouimus.  
 Excogitare poteris.

30. Comparatiuus per Periphrasin expressi potest, vt iupra.

Nihil inueniri potest magis iucundum quam fuerunt ea, de quibus me certiozem reddidisti.

31. Conuerti possunt hæc in interrogationem, vt supra.

Quid potest tuis literis iucundius

Inueniri  
 Reperiri  
 Nominari  
 Dici  
 Cogitari  
 Excogitari  
 Offerri  
 Perhiberi.

32. PRO



32. Pro particula Quid sumi possunt  
æquipollentes :

Numquid, Num aliquid, An quicquam.

Quid

Numquid

Num aliquid

An quicquam

Num ne aliquid iucundius tuis literis inueniri pos-

An quicquam sit.

quæso

Quid est quod

EXEMPLVM.

Quid nam Faustinis literis iucundius unquam Erasmo  
offerri potuit ?

An tu existimas tuis literis iucundius quicquam reperiri  
usquam potuisse ?

Num ne aliquid excogitari possit, quod tam exoptatis  
literis gratius esse queat ?

An quicquam in toto terrarum orbe reperiri posse exi-  
stimem, quod tuis literis præferri possit ?

33. Huc referri possunt,

Reliquum

Reliquum est  
Nihil Relictum est Quod tam iucundum sit, quam  
Superest tuæ mihi fuerunt literæ.

EXEMPLA.

Nihil reliquum est quod tam mihi possit esse gratum,  
quam tuæ fuerunt literæ.

Non superest quicquam, quod tam suaue uideri possit,  
quam fuerunt ea, quæ humanissimè ad me perscrip-  
sisti.

Nihil reliquisti, quod tuis literis festiuus euenire mihi  
possit.

Nullam rem mihi fecisti reliquam, quæ delectabilior esse  
se queat.

Quæ tuus mihi tabellarius exhibuit, adeo mihi fuere  
iucunda, ut æqui parari eis nihil possit.

Faustinae literæ tanta me delectatione obruerunt, ut  
cum eis nihil aliud conferri queat. Tam mihi fue-  
runt iucundæ, ut nihil inuenias æquale.

Quam ipse carus es animo meo, tam me iuuant tuæ li-  
teræ.

34. Hyperbolem sapit, si dicatur: Li-  
teræ tuæ adeo iucundæ fuerunt, ut alia ad  
eas

eas collata fere minus quam nihil iucunditatis habeant.

*Reliquæ res ad tuas literas collatæ nihil sunt. Omnia alia quantumuis iucunda collata ad tuas literas nihil sunt.*

*Si quid unquam mihi suaue & iucundum fuit, id uerè de tuis literis affirmare possum.*

35. Superlatiuum exprimunt & aliæ locutiones Hyperbolicæ, vt si superlatiuus mutatur in abstractum.

*Literæ tuæ fuerunt iucundissimæ.  
Literæ tuæ ipsa sunt iucunditas.*

36. Abstracto additur Comparatiuus.

*Fuerunt uel ipsa iucunditate iucundiores.*

37. Ponitur comparatiuus & cum superlatiuo.

*Iucundissimis iucundiores fuerunt.*

38. Exprimitur & per collationem Hyperbolicam.

*Iucunda*

*Iucunditas non est iucunditas, si cum tuarum literarum  
iucunditate conferatur.*

*Nulla iucunditas tuarum literarum iucunditati con-  
ferri, nedum præferri potest.*

*Si quid unquam iucunditatis laudem merito obtinuit,  
tuæ in primis literæ eam obtinuerunt.*

## DECIMA SEPTIMA

VARIANDI RATIO,  
Per formulas tribu-  
endi.

Sumi potest ex Cap. 34.

Regula.

Potest sententia hæc variari etiam  
per formulas tribuendi.

*Literæ tuæ fuerunt & eruditæ & iucundæ.*

TAB V<sup>a</sup>

# Tabula.

	& tum pariter tam haud secus haud aliter ex aequo aequè aequè non minus Perinde Quemadmodū Vt simul non modo non tantum non solum non tantum præterq̄ quod similiter haud dissimili- liter egregie exquisite		& tum ac quam quam quam ac ac atq̄; quam ac ita & simul sed etiam sed & ucrumetiā sed quoq̄;  etiam ac  ac atq̄; etiam itidem &		incun- de.
--	--	--	---	--	---------------

M

Tua



Tuae literae fuerunt  
eruditae.

iuxta  
simul  
quoque

ac iucundae.

Non inferiores iucunditate quam eru-  
ditiōe.

Non minore iucunditate, quam eru-  
ditiōe.

Literae tuae  
fuerunt.

Pari uel iucunditate, uel eru-  
ditiōe.

De quibus dubites, iucundiores ne  
an eruditiores fuerint.

Iucunditas paria facit cum eru-  
ditiōe.

Iucunditas ex equo cum erudi-  
tione certat.

Literarum tuarum

Iucunditas eruditionem aequat.

Iucunditati respondet eruditio.

Parem

Parem iucunditatem cum eruditione  
copularunt.

Eruditionem Styli iucunditate cumula-  
runt.

Iucundissimæ quoq; fuerunt non modo  
eruditissimæ.

Insignes fuerunt uel propter eruditionem  
uel propter iucunditatem.

Literæ tuæ Admirandæ fuerunt partim propter cru-  
ditionem, partim propter iucundita-  
tem.

Præter summam eruditionem etiam iu-  
cundissimæ fuerunt.

Eruditissimæ quidem fuerunt, sed non in-  
feriores suauitate.

Egregie fuerunt quo ad eruditionem.  
Nec dissimiles quo ad iucunditatem.

## EXEMPLA.

L 2

Literæ

Literæ tuæ non tantum eruditæ, uerumetiam iucundæ  
fuerunt.

Humanissimæ tuæ literæ præter insignem eruditionem,  
etiam suauissimæ fuerunt.

Epistolum Faustinum præterquam quod singulari eru-  
ditione excultum fuit, cum summa etiam suauitate  
coniunctum fuit.

Videbatur mihi eximia tuarum literarum iucunditas ex  
æquo cum eruditione certare.

Admirandæ tuæ Erasmo fuerunt literæ, partim propter  
insignem eruditionem, partim propter singularem  
suauitatem.

### Per Præcisionem.

Literæ tuæ fuerunt eruditissimæ, ut nihil interim dicam  
de summa illarum suauitate.

Prudenter scriptæ fuerunt, ut nihil dicam de elegan-  
tia.

EPI



## EPILOGVS.

**H**Actenus commemoratae sunt praecipi-  
puae regulae iuxta quas praesens ex-  
emplum variari potest, Poterunt autem  
adolescentes alias sententias quascunque eli-  
gere & simili ratione commutare eas in  
alias atque alias formas. Ac si intellexero  
hunc laborem adolescentibus gratum fu-  
isse, singularum figurarum uberiores  
quandam explicationem praeter figura-  
rum explicationem communicabo, in qua  
ordine recitabuntur regulae, praesertim  
quae ad copiosam verborum tractationem  
prodesse poterunt. Ac habent haec non  
tantum hic locum, sed magnopere condu-  
cunt etiam ad intelligendum secundum li-  
brum Rhetorices, ubi de elocutione agi-  
tur, ut interea praeteream reliquas  
utilitates, de quibus suo loco  
dici poterit.

M. D. LXVII.



# ERRATA DILL

*genter correctæ.*

- A. 6. lin. 1. figurarum, lege signorum.  
B. 1. fac. 2. simplica, simplex. B. 5. lin. penul. possint, possunt. B. 7. lin. 11. condidissimæ, candidissimæ.  
C. 1. lin. 1. suauias, suauitas. fac. 2. lin. 8. delectauit, delectarit. C. 3. lin. 2. partitum, partium. C. 6. lin. 14. datissimis, doctissimis.  
D. 2. fac. 2. lin. 11. homuncius, homuncio. D. 4. lin. 14 & 15. istuc, istic. lin. 20. litras, literas. lin. 21. aduolantur, aduolant. lin. 23. proficiscitur, proficiscitur. fac. 2. lin. 4. epistolim, epistolium. lin. 11. quæ, quem. lin. 17. vberrimam, vberrimum.  
E. 1. fac. 2. lin. 8. voluptatam, voluptatem. lin. 23. plærasq; plærasq;. E. 4. lin. 1. quæ, qui. E. 5. lin. penul. Periphrales, periphrales. fac. 2. lin. 15. delinita est. E. 7. lin. 14. explicauit, explicui. lin. 23. gaudientiore, gaudientiore. fac. 2. lin. tuæ excellentiæ. fac. 2. lin. 11. quantam. E. 8. fac. 2. animali, animata.  
F. 1. lin. 23. esse canem, caninus. fac. 2. lin. 13. Ac, at. F. 3. lin. 2. tui, mihi. F. 5. suauissimo, suauissima. F. 6. palato, comparatū, per comparatiuū. F. 7. opipare præparatis. mutati, mutari. mellitissima, mellitissimæ. F. 8. antiferam, anteferam. lautitius, lautius. (monia.  
G. 1. delectet, delectat. G. 3. ἀμαξας. G. 4. Aegri  
H. 8. illorum, illarum. iudico, iudicio.  
I. 1. considerant, considerent. I. 2. huc referuntur. I. 3. delectationi. I. 4. interrogatio, repetitio. I. 7. adduxit, adhibuit.  
K. 2. gestuum. K. 7. possit, possim.  
L. 1. earum. 8. mutetur.







(X 2196537)

4.

7

Handwritten text in cursive script, likely a library or ownership mark, including the name "Herrn von..." and the year "1788".







EXEMPLVM  
 COPIÆ VERBORVM  
 AB ERASMO  
*lib. 1. cap. 33. propositum.*

TVÆ LITERÆ  
*magnopere me delectarunt.*

ACCOMMODATVM AD  
 REGVLAS DE COPIA VERBORVM  
 & ad omnes propemodum figuras, atq; ita explicatum,  
 ut adolescentes ex regulis & figuris adiectis  
 præceptorum usum facilius assequi &  
 sine magno labore imitari possint.

Siegfridus Saccus.

MAGDEBVRGI EXCVDEBAT  
*V Volfgangus Kirchnerus typographus.*